ANECDOTA SACRA ET PROFANA.

TYPIS EXSCRIPSERUNT

GIESECKE ET DEVRIENT.

LIPSIAE MDCCCLXI.

ANECDOTA
SACRA ET PROFANA

EX ORIENTE ET OCCIDENTE ALLATA

SIVE

NOTITIA

CODICUM GRAECORUM, ARABICORUM, SYRIACORUM, COPTICORUM, HEBRAICORUM, AETHIOPICORUM, LATINORUM,

CUM

EXCERPTIS MULTIS MAXIMAM PARTEM GRAECIS

ET TRIGINTA QUINQUE SCRIPTURARUM ANTIQUISSIMARUM EXEMPLIS.

EDIDIT

AENOTH. FRID. CONST. TISCHENDORF

PHIL. ET THEOL. DR. PALAEOGR. BIBL. IN ACAD. LIPS. PROF. PUBL. ORD. REGI SAXONIAE A CONSILIIS AULICIS ORDINUM IMPP. RUSS. S. ANNAE CL. II. CUM CORONA IMP. ET S. STANISL. CL. II. REG. SAXON. ALBERTI IMP. FRANC. LEGIONIS HONOR. REG. BORUSS. AQUILAE RUBRAE CL. III. REG. BAVAR. S. MICHAEL. CL. I. EQUES REG. GRAEC. SALVATOR. CENTURIO REG. SUEC. DE STELLA POLAR. REG. SARD. SS. MAUR. ET LAZAR. MAGNIDUC. SAX. AB ALBO FALC. CL. I. DUC. PARM. S. LUDOVICI EQUES REGIAE SOCIETATIS LITTERARUM LONDINENSIS ET INSTITUTI AEGYPTIACI SOC. HONORAR. REGIAE SOCIETATIS SCIENTIARUM UPSALIENS. SOC. EXTER. SOCIETATUM HAGANAE PRO VINDIC. RELIG. CHRIST. SOC. AB EPIST. HISTOR. THEOL. LIPS. ET ORIENT. GERM. SOCIUS ORDIN.

EDITIO REPETITA, EMENDATA, AUCTA.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS HERMANNI FRIES.
1861.

PRAEFATIO.

Hic liber postquam anno 1855. primum editus erat, quum transisset nuper ad Hermannum Fries, virum honestissimum, petenti ut iterandae editioni consulerem non deeram. Consultum autem est ita, ut non modo praefatione indice aliisque renovandis plura scitu digna adderentur variisque emendationibus locus daretur, sed etiam ea libri pars, in qua de codicibus insignioribus nondum excussis agitur, multis quae nuperis itineribus conquisivi augeretur.

Quae enim hoc volumine continentur, in duas partes dividi possunt, quarum prior in describendis ac passim exscribendis versatur libris antiquis mea opera ex oriente in Europam advectis, altera ex variis Europae et orientis codicibus excerpta complectitur. Quos codices priore parte complexus sum, ii ad duas collectiones pertinent: altera itinere orientali meo secundo abhinc annos octo comparata, nonnullis Museo Britannico et bibliothecae Bodleianae paullo ante cessis, anno 1857. exeunte ad bibliothecam Imp. Petropolitanam transiit, cui locupletandae atque illustrandae liber Baro Modestus Korff, vir summus, ex longo iam tempore tanto cum studio tantoque successu prospicit; altera anno 1844. ex oriente allata posteaque additamentis aucta, exceptis quattuor libris Dresdam missis, ad bibliothecam universitatis Lipsiensis transiit. Prior collectio codices comprehendit duo et triginta, Graecos quattuordecim, Syriacos duo, Arabicos duo, Rabbaniticos et Karaiticos, Hebraeis illos quidem litteris sed plerosque Arabica lingua conscriptos, quattuordecim. Altera collectio codices sexaginta quinque comprehendit, Graecos tredecim, Syriacos quinque, Copticos tredecim, Arabicos octo, Georgicos quinque, Hebraeorum Arabicos quinque, unum Samaritanum *), papyraceos Coptice Hieroglyphice Graece scriptos sex cum linteis fragmentis Hieratice scriptis; item Abyssinicos quinque et Arabicos Drusianos tres. Quarum in utraque collectione codices duodecim sunt palimpsesti, novem primum Graece, duo primum Syriace scripti; unus vero ex fragmentis palimpsestis lingua et ratione satis inter se diversis compositus est. Ex Graecis tres rescripti sunt Graece, unus Arabice, unus

*) Is nuperrime accessit. Vide Cod. Tisch. LVI in indice.

Slavonice, quattuor Georgice. Item Syriacus uterque Georgice rescriptus est. Ceterum hi codices, inter quos eminent Graeci antiquissimo litterarum uncialium genere a quarto ad nonum saeculum scripti duodeviginti, paucis levioribus exceptis, ante me litteratorum hominum nemini innotuerant. Atque illud quidem singulari providentiae divinae beneficio contigisse arbitror, quod, ut hos inprimis praedicem, tot sacri codices annorum mille ac plus mille a communi plurimorum similium summae antiquitatis Christianae monumentorum interitu salvi ad nostra usque pervenerunt tempora atque nunc ex indignis tenebris in lucem prodeunt.

In excerpendis codicibus prioris collectionis paullo parcior eram quam in altera collectione: illos enim non tam in litterarum usum convertendi consilium erat, quam qua essent dignitate et quem litterarum fructum promitterent significandi; praetereaque multi eiusmodi sunt quos totos edere vel certe singulari libello tractare consentaneum sit: id quod in nonnullis nuper iam factum est. Item in describenda altera collectione, cuius codices duos dudum publici iuris factos in nota tantum respeximus, inprimis hoc spectatum est, ut accuratam singulorum notitiam praebentes ad accuratiora studia viros doctos invitaremus. Qua in re multo uberius de Graecis explicatum est quam de reliquis, quippe in quibus descriptio nostra non tam a nobis quam ab iis penderet qui linguas orientales profitentur. Ad orientales enim codices nostros hi potissimum viri clarissimi studium contulerunt: ad Arabicos H. L. Fleischer et J. Gildemeister, ad Syriacos Frid. Tuch et J. Gildemeister, ad Copticos G. Seyffarth, ad Georgicos H. Petermann, ad Abyssinicos Frid. Tuch, ad Arabicos Drusianos H. L. Fleischer, ad Hebraicos et Hebraeorum Arabicos Ad. Jellinek, J. Fürst, (M. Steinschneider).

Plerique alterius collectionis codices, ut in ipso libro notatum est, meo insigniti sunt nomine. Quod anno MDCCCXLV, quo tota collectio ad bibliothecam universitatis Lipsiensis transibat, auctoritate factum est eorum qui illo tempore regis nomine summam universitatis nostrae curam gerebant. Ipsius vero regis Friderici Augusti nomine immortali thesaurum meae collectionis principalem eo insignivi consilio ut „quum grati erga principem optimum devotique animi mei testis, tum eximiae eius circa bonas ac sacras litteras curae munificentiaeque monumentum exstaret". Quae verba in dedicatione codicis Friderico-Augustani a me posita etiam ad totam collectionem bibliothecae patriae traditam valere volui: quod quidem, ut ipsa res quemadmodum peracta est manifeste docet, ita summum regis ministrum, ad quem ea res pertinebat, ratum habuisse luculenter testantur litterae eius datae ad me die 15. m. Mart. a. 1845., rursusque quae ob auctam a me collectionem d. 15. m. Nov. 1853. et d. 11. m. Oct. 1860. eadem auctoritate ad me pervenerunt*).

*) Ex errore fluxit quod de annuis in me collatis scripsit auctor libri: Sr. Majestät des Königs Johann von Sachsen Besuch etc. Nebst einer Darstellung der Anstalten u. Sammlungen der Universität. Leipzig 1858. pag. 94.

Nec vero praetereundum est, eam ipsam ob caussam, i. e. ob collectionem illam codicum praestantissimorum patriae ac bibliothecae universitatis patriae cum eximia grati animi pietatisque significatione a me cessam, regis imperiique nomine liberaliter prospectum esse, ut itinera mea et labores ad promovendas litteras inprimis sacras susceptos constanter persequi possem. Quod ut grato animo mihi praedicandum est, ita confido nunquam defuturos esse qui thesauros illos itineribus meis repertos conquisitosque gratulentur patriae.

Quae alteram libri partem occupant excerpta e codicibus bibliothecarum quae Venetiis et Taurini sunt, Parisiis et Carpentoracte, Guelpherbyti, Monaci, Hamburgi, Sanctogalli, Londini, Oxonii, atque etiam in variis terris orientalibus, ea et re et pretio satis inter se differunt. Deligenda erant ex magna eorum copia quae ex plurimis et occidentis et orientis bibliothecis collecta et ad varios usus reposita habeo. Retinenda inprimis ea videbantur quae singularem librum vel certe pro suo quodque genere editionem magis propriam sibi poscunt. Spero equidem ea quae data sunt inventura esse quibus digna studio videantur. Quos eosdem aequos existimatores futuros esse confido.

Quae ad libri finem fragmenta epistularum Pauli edita sunt, ea iisdem exscribenda typis curavimus qui ad novam collectionem Monumentorum sacrorum ineditorum a nobis adhibiti sunt, additis insuper accentuum spirituumque signis ad similitudinem manu scriptorum effictis. Quae typorum ratio ab ipsius codicis scriptura, quam tabula expressimus, non minus recedit quam a plerisque post sextum saeculum scriptis. At quae revera recedunt, ea propius ad antiquiora exemplaria accedunt, ad quae ipsi posteriores codices sunt compositi. Hinc est quod eosdem typos a similibus scripturis non plane alienos esse iudicavimus.

Totius libri et conscriptio et impressio quum laboribus aliis tum itineribus interrüptae sunt. Inde excusari velim quae passim minus accurate edita sunt, correcta illa quidem, quoad fieri potuit, in indice.

Denique librum splendidis eorum nominibus decorare poteram qui itinerum meorum, unde totus pendet, patroni exstiterunt. Sed id iam alibi identidem factum est, nuperrime in editione Novi Testamenti septima, atque est eiusmodi ut in meam magis quam illorum laudem fieri videatur. Recolentem quidem cum animo meo memoriam itinerum, in quibus inter annos 1840. et 1860. septennium consumpsi, illud mirum in modum delectat, quod longe a patria et ubique terrarum tot amicos ac fautores eosque magna saepe animi generositate et liberalitate inveni: quorum nunquam non grato animo recordabor.

Ceterum haec Anecdota quum primum anno 1855. prodibant, Alexandro de Humboldt „virorum altioribus studiis clarorum duci ac principi“ dedicavi. Quod his feci litteris:

Nec mirabere nec reprehendes quod operi huic nomen Tuum proposui. Ex annis enim tredecim, postquam primum Lutetiae Te videre mihi contigit, labores mei omnes ad

Te pertinuerunt. Tu eos nosti, probasti, commendasti; Tu perpetuo favore Tuo ornasti; Tu inter primos fuisti qui Germanico nomine dignos diceres. Quam laudem ut mererentur operam danti etiam illud enitendum erat ut Te nunquam non viderentur digni esse. Quod utrumque utinam revera mihi contigerit. Misi autem prae ceteris eum ad Te librum, quo exposui quae litterarum monimenta in itineribus meis orientalibus, deo id providente, ex monasteriorum pulvere, ubi per tot saeculorum seriem sepulta iacuerant, protraxerim inque vitam ac lucem vindicaverim. Esse in his quae pro summa antiquitate, raritate, argumenti gravitate, inter pretiosissimos bibliothecarum non Germaniae tantum sed etiam Europae thesauros numeranda videantur, scio quantopere Tu mecum et bonis litteris et ecclesiae sis gratulatus. Quod ut laetitiam meam non mediocriter auxit, ita admirabilem ingenii Tui altitudinem ostendit. Quum enim rebus iis quae a natura involutae videntur subtiliter investigandis immortalem gloriam quaesieris ac vero dudum sis consequutus, tamen a Te studioque Tuo minime aliena duxisti quae sacras litteras, quae dei spectant ecclesiam, tanto illam quidem nomine haud dignam nisi divina litterarum luce collustratam. Quae quum ita sint, toto animo delector quod librum hunc ut grati animi pietatis venerationis testem licet ad Te mittere. Quod dum facio, deum precor ut iuventutis illud quod senex semper conservasti nunquam a Te discedat, nec vero ipse, quem totum nunquam discessurum scimus, nisi sero a nobis discedas. Itaque vale. Scribebam Lipsiae diebus festis Pentecostes anni salutis 1855.

Ad haec quae ille rescripsit, Postemi d. 30. m. Aug. 1855., ea et ipsa lectoribus reddenda videbantur, non quidem ostentandi caussa quae vir summus cum tanta erga me benignitate atque indulgentia scripsit, sed ut inde indicari queat qua ille mente fuerit circa labores eiusmodi inprimisque litterarum sacrarum studia, a quibus eum abhorruisse sacrorum contemptores iactant. Rescripsit autem sic:

„Sie haben einmal wieder, verehrter Freund, mir ein ehrenvolles Zeichen Ihres treuen und liebenswürdigen Wohlwollens durch die Zueignung Ihrer inhaltsreichen und wichtigen „Anecdota sacra et profana ex oriente et occidente allata“ gegeben! Empfangen Sie für diese schmeichelhafte Verherrlichung meines Namens meinen innigsten Dank. Es ist minder diese Verherrlichung, die mich rührt, als die Gewissheit, dass ich, der ich am frühesten Ihre Rückkunft im Vaterlande begrüsst und gern an der Verbreitung des Ruhms Ihrer grenzenlosen, fruchttragenden Thätigkeit gearbeitet habe, in meinem fast 86sten Jahre so frisch in Ihrem Andenken lebe. Sie gehören zu den glücklichsten Reisenden unserer Zeit, aber glücklich sind Sie nicht durch Zufall; nein, Sie sind es dadurch geworden, dass Sie, mannichfach und gründlich vorbereitet, mit so seltenem Scharfsinn und eisernem Fleisse begabt, das Wichtige zu erkennen und als ächt historische Monumente zu bearbeiten wussten. Die „Tischendorfiana“, unter denen der Codex, dem Sie den Namen eines edlen geistreichen Monarchen vorgesetzt, durch sein hohes Alter glänzt,

haben allerdings mich vor allem angezogen. Sie bearbeiten, verehrter Mann, die Seite Ihrer ehrwürdigen Wissenschaft, in der aus Mangel an gelehrten Kämpfern und wegen der wohlthätigen Positivheit des Gegenstandes etwas mehr friedliche Ruhe herrscht als in der heissen, unter so vielerlei Bannern und nach so vielerlei Absichten aufgewühlten dogmatischen Zone. Man sollte fürchten, diese Aufregung der Parteyen, durch unvernünftige Einmischung vieler Regierungen vermehrt, mindere in Deutschland das Interesse für den gelehrteren, linguistischen, historischen Theil der Theologie: aber ein Blick auf Ihre bereits erschienenen, so geschmackvoll ausgestatteten wissenschaftlichen Documente, und der Gedanke an die Möglichkeit des Erscheinens, die ich für Frankreich und selbst für England bezweifele, widerstrebt dieser Besorgniss.

Empfangen Sie, theurer Freund, die erneuerte Versicherung meiner ausgezeichneten Hochachtung und unwandelbarsten Anhänglichkeit."

Dabam Lipsiae solemnibus paschalibus anni MDCCCLXI.

INDEX LIBRI.

I. Pag. 1. usque 16. describitur collectio codicum itinere orientali meo secundo conquisitorum.

[1]) et [2]) Utrumque codicem, priorem siglo *Λ*, alterum siglo *Γ* insignitum, ad editionem Novi Testamenti VII. criticam maiorem diligenter adhibuimus.

[1]) Pag. 14. lin. 19. scribe iuncto pro iuncti.

[2]) De isto codice M. Steinschneider, vir harum litterarum longe peritissimus, in Bibliographiae Hebraicae vol. I. (1858.) pag. 19. sic: „Dieser Codex gewährt uns ein schlagendes Beispiel, von welchem Nachtheil die Aversion christl. Gelehrten gegen den hebräischen Buchstaben ist; wäre er mit arabischen Lettern geschrieben, so würde man in ihm längst eine der seltensten und wichtigsten Schriften eines berühmten arabischen Gelehrten — Gazzali — erkannt haben"; — — p. 21.: „Die Tischendorfsche Handschrift ist unstreitig Autograph des Said" („dieselbe ist in meinem Jewish Literature p. 297. nr. 8. gemeint"). — — „Aus welcher Absicht Said das Werk des Gazzali unter einem fingirten Titel abgeschrieben, kann nicht mit Bestimmtheit angegeben werden". — „Schliesslich ist noch Jellineks Bemerkung: der Verf. wird von Asulai erwähnt, als irrig zu bezeichnen". — Accuratiora quaerentes liber Steinschneideri docebit.

[3]) Vide de his canticis Steinschn. l. l. p. 70 sq. et p. 105 sq. Quae medio in libro desiderabantur folia decem (non 18), miro modo Petropoli suppleta sunt. Quum enim nuper Karaita doctissimus Firkowitsch varios codd. Petropolin attulisset, in iis inventa sunt ea ipsa folia quae nostro codici (inter fol. 138 et 139) deerant. Allata erant, teste ipso Firkowitsch, Hierosolymis, nostra vero tota collectio Cahirae comparata. Habent sua fata libelli.

[4]) M. Steinschneider illustravit in Bibliogr. Hebr. Nr. 11. (1859.) p. 92 sq. iis quae in textu de singulorum fragmentorum scriptoribus notata sunt parum probatis.

**

II. Pag. 17—77. Catalogus exhibetur codicum Tischendorfianorum bibliothecae universitatis Lipsiensis cum appendice.

A. Graeca.

[1]) Pag. 27. lin. scribo *μνηθεὶς* pro *μνηθείς*.

[2]) Pag. 51. col. 1. lin. 5. ab imo scribe *ἐξενάλιγε* et pag. 52. col. 2. lin. 15. dele punctum post *λέγοντες*.

[1]) Pag. 62. lin. 25. scribe 101. pro 171.

[2]) Scripturae codicum XIII. XIV. XV. XVI. D. non tabula III. sed IV. repraesentatae sunt.

E. GEORGIANA.

(Cum Aethiopicis foliis aliquot.)

[1]) et [2]) Excerpta ista (p. 77. lin. 7. ab imo scribe Schwegleri, p. 78. lin. 14. tituli loco, p. 79. lin. 1. post γέγονεν exciderunt verba: καὶ ἀνθήσεται, p. 86. not. 2. scribe: voluit τὸ, p. 88. lin. 11. nescio an ἐνδέχεται eden-

dum fuerit, ibidem lin. 20. post *εἶναι* adde *λέγοντα*) postquam Frid. Wieseler, ci. univ. Gotting. Prof., anno 1857. in usum criticum vertisset in Exercitationum criticarum in Clementis Romani quae feruntur Homilias Parte I., anno 1859. Alb. Dressel vir clar. ad edendas Clementinorum Epitomas duas etc. adhibuit. Cui operi appendicis loco accesserunt Friderici Wieseleri adnotationes, prioribus Exercitationibus longe locupletiores. Equidem iam ante i. e. m. Febr. 1857 in: Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft etc. p. 59. retractaveram quae de codd. nostris, quorum simillimum in bibl. Reg. Monac. inveneram, infra dicta sunt. Ibi inter alia haec scripsi: „Die Schrift geht den grössten Theil hindurch dem Texte der Homilien so parallel, dass sie als ein nächster Ausfluss aus diesen zu betrachten ist, und nicht sowohl eine Epitome als eine Recension der Homilien darstellt, welche nur in besonders wichtigen Stellen eigenmächtig den alten Text verlässt. Dieser Charakter ist ganz von der Art, dass wir hier jene alte christliche Recension der Homilien möchten wieder zu erkennen haben, welche neuerdings mehrfach, besonders von Uhlhorn, besprochen worden ist“.

[1]) Corrige p. 185. lin. 17. τότε pro ποτε, p. 186. lin. 45. ἐχθὲς pro χθὲς, p. 188. lin. 23 sq. τοιαύταις γ θυσίαις pro τοιαῦται γ. θυσίαι, p. 195. lin. 35. παρεκαλούμεθα pro παρακ. Quae errata quam aegre feram, iam in Prolegg. ed. N. T. VII. p. CXC. significavi.

I.

Codex Veteris Testamenti Graecus membranaceus palimpsestus foliorum 44 in 4°, si veterem sequeris scripturam, 88 in 8°, secundam si sequeris. Prior scriptura, quavis pagina 25 versibus continuis composita, nullis accentibus, litteris uncialibus pulcherrimis, quinti vel sexti saeculi est. Continet has libri Numerorum partes: 1, 1—30. (sunt folia duo) 1, 40—2, 14. (foll. 2) 2, 30—3, 16. (foll. 2) 5, 13—23. 6, 6—7, 7. (foll. 2) 7, 41—78. (foll. 2) 8, 2—16. 11, 3—13, 11. (foll. 4) 13, 28—14, 34. (foll. 3) 15, 3—20. 15, 32—16, 31. (foll. 3) 16, 44—18, 4. (foll. 2) 18, 15—26. 21, 15—28. 22, 30—41. 23, 12—27. 26, 54—27, 15. (foll. 2) 28, 7—29, 36. (foll. 4) 30, 9—31, 48. (foll. 4) 32, 7—33, 5. (foll. 3) 35, 3—17. 36, 6 usque finem. Textu consentit saepe cum Alexandrino codice contra editionem Vaticanam Romanam, neque rara cum reliquis testibus nostris antiquissimis contra utrumque facit. Sunt etiam quae omnium solus eaque bene tueatur. Ita, ut exempli caussa ipsum primum folium videamus, quod continet 26, 54—27, 2. *τὴν κληρονομίαν αὐτῶν* usque *τῶν ἰσχόντων καί*, versu 57. habet *δῆμος ὁ Γεδσών* (pro *Γεδσωνί*) et *δῆμος ὁ Καάθ* (pro *Κααθί*): quae scriptura conferenda est cum *δῆμ. ὁ Χεβρών* v. seq. in codice Alex. Versu 58. codex palimps. noster ubique facit cum Alexandrino; in utroque enim legitur *καὶ δῆμος ὁ Χεβρών· καὶ δῆμ. ὁ Ὁμουσὶ καὶ δῆμ. ὁ Κορέ*, item *Ἀμβράμ*. Versu 59. rursus in utroque est *τῆς γυναικὸς Ἀμβρὰμ Ἰωχαβέθ*, item postea *Ἀμβράμ*. Versu 60. uterque habet *ἐτέχθησαν* pro *ἐγεννήθησαν*; item v. 62. *συνεπεσκ. ἐν τοῖς υἱοῖς* pro *συνεπ. ἐν μέσῳ υἱῶν*, et *κλῆρ. ἐμμέσῳ* pro *κλ. ἐν μέσῳ*. Versu 63. Alex. solus *οἱ* cum *ὅτι* commutat et v. 65. omittit *κύριος*: quod utrumque male habet. Exeunte vero capite et Alex. codex et noster *υἱὸς Ναυή* pro *ὁ τοῦ Ναυή* praebent. Versu 1. capitis 27. lectiones codicis Alex. *Μαχείρ* et *Αἰγλά* etiam in nostro codice sunt, non item *Μαννασσῆ* et *Μαλά*. Versu 2. noster codex ubique habet *ἐναντίον* pro *ἔναντι*. Lectionum inprimis notabilium nec dum alibi inventarum exempla haec habe: 14, 23. *ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν σου*. Pro *σου* plerumque legitur *αὐτῶν*, nisi quod in uno codice est *ὑμῶν*. 31, 16. *ἔτεκεν Βεελφεγώρ*. Eadem nominis forma unus utitur Origenes, prope accedente Slavonica versione Ostrogensi, in qua exprimitur *Βελπεγώρ*. In uno tantum codice et apud Chrysostomum inventum est *Φεγώρ*, in omnibus vero reliquis testibus et editionibus habetur

Φογώρ. 33, 3. *Ῥαμασσῆ*. Hoc cum solo interprete Copto commune habet pro vulgari lectione *Ῥαμεσσῆ*. Praeterea codex noster insignis est 1) eadem qua Alex. codex constantia formarum grammatices Alexandrinae, ut *λημψομαι*, *τεσσερακοντα*, *ολεθρευειν*. 2) notatione capitum una cum argumentis in margine apposita. Quae capita, satis diversa ab usu codicis Coisl. I. (cf. Montfaucon: Biblioth. Coisl. p. 18 sqq.), similitudinem habent eorum quibus Tertullianus usus est*). 3) numero stichorum in fine libri addito. 4) subscripto nomine librarii *ιωαννου μοναχου σεργιου*. Nota ejusmodi, quod sciam, ex nullo alio tantae antiquitatis codice innotuit; docemur inde, codices tanta litterarum Alexandrinarum elegantia conspicuos non a solis calligraphis Alexandrinis exarari solitos esse.

Altera scriptura et ipsa uncialibus litteris exarata est videturque ad nonum saeculum referenda esse. Continet tres libellos patristicos: primus, cujus initio quaedam desiderantur, vitam Mariae Aegyptiacae tradit usque pag. 78; alter per pagg. 54 Johannis Damascenis homiliam *εἰς τὸ γενέθλιον Μαρίας*; tertius hucusque ineditus vitam Xenophontis et Mariae filiorumque eorum Arcadii et Johannis pagg. 46, in fine mutilus. Textus homiliae Johannis Damasceni, quemadmodum ad libros mss. a Lequien editus est, sat multis locis e nostro codice emendandus est. Ita pro *ἐκ πρὸς ποθοῦντος* in codice est *ἐκπύρως ποθοῦντος καὶ σέβοντος*, pro *πῶς τὸ πρόσωπόν σου τὸ χαρίεν* ibidem legitur *πῶς τοῦ προσώπου τὸ χαρίεν*, ad verba *σὺ ἱερέων καύχημα* codex addita habet *βασιλέων στήριγμα*, item *καὶ ἀεὶ παρθένον* ad *καὶ μετὰ τόκον παρθένον*, pro *τὸ ἐπὶ μητρικαῖς φαινόμενον καὶ φοβερὸν ταῖς ἀποστατικαῖς δυνάμεσιν* codex habet *τὸ ἐπι μητρικαῖς ἀγκάλαις φερόμενον καὶ φοβερὸν ταῖς ἀποστ. πάσαις δυνάμ.*, pro *δι' ὃν πρὸς ἀρχίφαντον πατέρα προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν* codex habet *δι' οὗ τὴν πρὸς τὸν ἀρχίφωτον πατ. προσαγ. ἐσχ.* Praeterea etiam haec altera scriptura formas ut *ἀκαταλήμπτων* (fol. 55. verso), *σύλλημψιν* (fol. 54. verso) retinet, in ipsis codd. uncialibus sequioris aevi satis raras. Nondum inventus est, quod sciam, codex palimpsestus Graecus cujus recentior scriptura Graeca tantam antiquitatis laudem habeat.

Codices Veteris Testamenti eadem fere antiquitate insignes in Europae bibliothecis habentur duodecim: ex his librum Numerorum non exhibent nisi quattuor.

II.

I (I¹⁻⁷) Fragmenta Novi Testamenti membranacea palimpsesta foliorum 28 (i. e. 20 simplicis et 4 duplicis sive majoris formae), quorum antiquissima scriptura Graeca superimpositam habet Armeniacam. Folia 7 ad evangelium Matthaei (14, 13—23. 17, 22—18, 3. 11—19. 19, 5—14. 24, 37—25, 1. 32—45. 26, 31—45.), 2 ad evangelium Marci (9, 14—22. 14, 58—70.), 5 (4) ad evangelium Lucae (7, 39—49. 18, 14—25. 24, 10—19.), 8 (5) ad evangelium Johannis (4, 52—5, 8. 11, 50—12, 9. 15, 12—16, 2. 19, 11—24. 20, 17—26.)

*) Ea de re agit Ern. Grabius in Prolegg. ad editionem cod. Alex. cap. 1. § 7. ubi ex Eclog. Mosaicis plures capitum Pentateuchi notationes affert.

pertinent; item 4 ad actus apostolorum (2, 6—17. 13, 39—46. 26, 7—18. 28, 8—17.), 2 ad Pauli epistulas (1 Cor. 15, 53—16, 9. Tit. 1, 1—13). Textus quavis pagina duabus columnis scriptus est, exceptis foliis duobus quae unam tantum continuam columnam habent. Versuum numerus variat; passim 29 inveniuntur, semel non plus quam 18. Maxima horum foliorum pars saeculo quinto adscribenda est; alia nonnulla, quorum scriptura similis est fragmentis evangeliorum siglis INΓ insigniri solitis, ad sextum pertinere videntur; duo vero actorum folia, quae textum quavis pagina continuum nec prorsus sine accentibus conscriptum exhibent, item tertium actorum folium unciali charactere oblongo scriptum septimum saeculum produnt. Nihilominus dubito an singula folia, nisi forte tria illa actorum folia exceperis, ipsius textus bonitate differant. Consentiunt autem haec fragmenta palimpsesta cum codicibus Novi Testamenti antiquissimis et celeberrimis ABCD tantopere, ut illorum in numerum et ipsa recipienda sint. Quod ad pauca haec exempla satis iudicari poterit. 1 Cor. 15, 54—16, 7. confirmant v. 54. lectionem codicum AC* 17. *τὴν ἀθανασίαν;* ibidem omittunt cum C* 64. 71. *τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσ. καί;* ter consentiunt cum BD* formam *νικος* exhibentibus. Qua cum forma componendae sunt similes per hos versus in cod. palimps. nostro scriptae *γινεσθαι, αμετακινητοι, λογειας, επιμενω.* Versu 55. *νῖκος* et *κέντρον* eodem ordine collocata habet quo BC 17. 64. 71., item bis habet *θάνατε* cum BCDEFG 39. 67.** Versu 2. lectionem *σαββάτου* cum ABCDEFG 17. 109. (in margine) tenet, ibidem cum solo B habet *ὅτι ἐάν*, et *εὐοδωθῇ* cum ACK et minusc. codd. aliquot. Porro confirmat lectiones *οὓς ἐάν, ἄξιον ᾖ, ἐλπίζω γάρ, ἐπιτρέψῃ*, quas plerique codd. unciales cum pluribus aliis tuentur. Praeterea v. 53. *τὴν ἀθανασίαν* solus habet, id quod bene convenit cum eadem lectione v. 54. simul in codd. AC* inventa. Versu 58. habet *ἔργῳ κυρίου*, accedente uno cod. 109. qui cum testibus Alexandrinis facere solet. Versu 6. habet *πρὸς ὑμᾶς γάρ* et v. 7. *οὐ θέλω δέ*, quarum lectionum testes nondum reperti, certe nondum notati sunt. Quae vero his locis Paulinis, eadem in evangeliis et actis apostolorum codicis palimpsesti nostri indoles est. Ita Joh. 20, 18. *ἀγγέλλουσα* confirmat, in solis ABX inventum, v. 19. *τῇ μιᾷ σαββάτων* cum solis ABL et *μαθηταί* absque *συνηγμένοι* cum ABD aliisque 3 minusc., v. 20. *ἔδειξεν* et *τὴν πλευρ. αὐτοῖς* cum solis ABD. Versu 25. auctoritatem auget lectionis *τόπον* pro *τύπον*, quam codicum uncialium solus A tuetur, sed etiam patrum et versionum testimonia commendant. Ita etiam Matth. 24, 44—45. tribus locis quorum lectio fluctuat cum codd. BD, BDL, BLΔ iisque fere solis facit; habet enim *ᾗ οὐ δοκεῖτε ὥρᾳ, ὁ κύριος* absque *αὐτοῦ, οἰκετείας* pro *θεραπείας*. Praeterea in margine textus evangelici sectiones Ammonianae notantur, sed pariter atque in codice Ephraemi Syri rescripto absque canonibus Eusebii.

Codices Novi Testamenti pari fere aetate hucusque innotuerunt 11 (ABCDPQTZ, E actorum, D et H epp. Paul.), quorum 5 (PQTZH) minorem fragmentis nostris ambitum habent et quattuor (CPQZ) pariter sunt palimpsesti.

III.

Λ

Codex Graecus membranaceus uncialibus litteris octavi saeculi quavis pagina duabus columnis scriptus, foliorum 157 in 4°, evangelia Lucae et Johannis integra continens, praemissis capitulorum indicibus, superstite insuper subscriptione evangelii Marci. Ex numero est codicum evangeliorum EFGHKMSUV; sed non tantum prae his omnibus ad antiquissimorum accedit textum codicum, verum etiam passim magna lectionis singularitate conspicuus est. Exempli caussa Joh. 5, 1—36. quinquies plenam codicum uncialium auctoritatem confirmat; locis 17, ubi eorundem dissensio est, 13 cum A etc., bis cum B etc., semel cum C etc., semel cum C***GHMUV (tacentibus pluribus antiquioribus) facit; 14 locis lectiones ad ingenium codicis probandum inprimis aptas habet: quater de uncialibus codd. solum D socium habet: v. 3. *κατέκειντο* (hoc praeter D versiones Aegyptiacae et Latini aliquot codices tuentur); v. 15. *ἀπῆλθ. οὖν* et *ὁ ποιήσας με;* v. 34. *ἀνθρώπων*: semel de codd. uncial. solum A (v. 19. *ἐκεῖνος ποιῇ*): bis de codd. uncial. solos EM (v. 19. et v. 27.); bis de codd. uncial. tantum C*LD et C*LGK (vv. 10 et 11.); semel (v. 14.) socios non habet nisi F et Coptum. Versu 36. confirmat codicum ABEGM lectionem *μείζων* (a Lachmanno receptam) pro *μείζω*; v. 18. comitibus solis nr. 13. et nr. 217. habet *ἀλλ' ὅτι* et ibidem nullo socio *ἔλυσεν*. Denique versu primo pro vulgata lectione (*ἡ*) *ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων* lectionem maxime notabilem omnium solus habet *ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων*. Idem codicis ingenium probatur loco Luc. 3, 19—36. Per hos versus codex noster semel accedit ad communem uncial. codicum lectionem; octies iisdem tantum non consentientibus cum ABE etc. facit; item locis 18 aliis undecies cum A etc. facit, cum B etc. ter, cum DE etc. bis, item bis cum EGHSUA vel KMSVA. Versu 27. *ζορομβάβελ* pro *ζοροβάβελ* habet, solo A socio, et v. 22. post *γενέσθαι* addit *πρὸς αὐτόν* cum solis quinque codd. minusc. (13. 69. 119. 229.** 262.) qui cum Alexandrinis testibus facere solent. Eodem versu *ἀπ' οὐρανοῦ* pro *ἐξ οὐρ.* in eo scriptum est, nullo socio. Addamus tres lectiones notabiliores ex altero capite evang. Johannis petitas: v. 11. omittit *τὴν* ante *ἀρχὴν* cum solis ABL 1. 33. 262., accendentibus Origene aliisque; v. 12. habet *ἔμειναν* pro *ἔμεινεν* cum AFG 1. 124. aliisque, item Copt. aliisque et (semel) Origene; item v. 24. *ἐπίστευσεν* pro *ἐπίστευεν* cum 235. Origene (bis) et codice Italae.

Inprimis vero grave est quod hic codex eandem originem prodit atque codex Reg. 53. (262. Scholzii), de quo Scholzius in libro suo: Biblisch-kritische Reise 1823. pag. 11 sqq. sic exponit: Eine der interessantesten Handschriften, die ich untersucht habe, ist unstreitig die in der königlichen Bibliothek mit No. 53. bezeichnete, welche die Evangelien enthält. Leider hat sie von den Würmern, dem Weine und Meerwasser viel gelitten, so dass mehrere Seiten kaum lesbar sind und viele Stücke der Blätter abfallen; die oberen Ecken sind es zum Theil schon .... Die Unterschriften eines jeden Evangeliums habe ich in meiner Schrift

noni (?) vid. p. x. "Octavi ut videtur saeculi", T. N.T. ed. vii. p. clxxvi. (1859). "Wird richtiger ins 9. als in 8. Jahrhundert gesetzt", T. in Herzog's Real-Encykl. xix. 193 (1865). So N.T. ed. viii. (1870).

Curae erit. § 7. mitgetheilt.... Auf jeder Seite sind 2 Columnen, die Zeilen sind sehr kurz und schliessen oft in der Mitte des Wortes.... Ich setze diese Handschrift ins 10. Jahrh. Sie ist in Jerusalem aus Handschriften, die auf dem heiligen Berge, wahrscheinlich in einem Kloster, befindlich waren, von Daniel, wie aus der Unterschrift erhellt, geschrieben.... Dass die Exemplare, aus denen sie eine Abschrift ist, sehr alt waren, wollen wir nicht bezweifeln. Sie müssen mit Unzial..... geschrieben gewesen sein. Nehme man an.... so haben wir hier den Text sehr alter Dokumente vor uns, die uns damit leicht in die erste Zeit des Christenthums hinaufführen..... Jam vero codex noster duobus fere saeculis Parisiensi antiquior easdem plane cum eo subscriptiones sub singulis evangeliis habet (cf. facsimile apud Scholzium: Biblisch-kritische Reise nr. VI. c.), nec videtur ulla in illo codice notabilis inveniri lectio, quae non sit eadem in nostro, nisi quod multa alia auctor exemplaris Parisiensis iam mutata invenisse censendus est quae nostri codicis scriptor fideliter ex antiquiore fonte hausit. Quamquam Scholzius, ut fere solebat, non accuratissime Regium codicem contulisse videtur. Exempla consensionis utriusque haec sunt: Joh. 1, 28. *βηθεβαρᾷ* et 4, 31. *παρεκάλουν;* Luc. 6, 33. *αὐτό* pro *τὸ αὐτό*: 6, 37. *καταδικάσητε*: 19, 14. *θέλωμεν*: 21, 21. om. *καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτ. ἐκχωρ.* Quibus locis omnium soli consentiunt codex noster et Scholzii 262. Alibi accedunt testes pauci iique insignes, ut Joh. 16, 29. ubi *αὐτῷ* omittunt simul BD* 1. Syr. poster.; item Luc. 19, 45. ubi majus additamentum illud iam a Scholzio commemoratum l. l. pag. 16. simul tuentur D Aeth. Syr. post. c. asterisco et codd. aliquot Latini; item Joh. 7, 30. ubi *καὶ ἐξῆλθ. ἐκ τ. χώρ. αὐτ.* simul addunt 13. 69. et Armenius interpres. Conveniunt codex noster et Parisiensis etiam in eo quod locos Joh. 5, 3 sq. et 8, 1 sqq. obelo vel asterisco notatos exhibent. Praeterea in nostro codice scholia inveniuntur, pleraque et ipsa uncialibus litteris adscripta, quorum nonnulla ad rem criticam faciunt, ut quod est ad Joh. 8, 1 sqq.: *τὰ ὀβελισμένα ἐν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖται, οὐδὲ Ἀπολιναρίου· ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖται· μνημονεύουσιν τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ οἱ ἀπόστολοι πάντες ἐν αἷς ἐξέθεντο διατάξεσιν εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας.*

IV.

Codex evangelicus Graecus membranaceus litteris uncialibus saeculi noni scriptus, versibus quavis pagina continuis, foliorum 157 in 4° majori. Prae ceteris quoad habitum et scripturam similitudinem habet codicis Cyprii in bibl. Paris. 63., ad evangelia siglo K notati. Continet evangelium Lucae integrum (extrema folia decem ex madore male affecta sunt, sed in meliorem statum redigi possunt et jam a me lecta sunt); item Marci evangelium exceptis 3, 35—6, 20; porro fragmenta haec evangelii Matthaei: 6, 16—29. 7, 26—8, 27. 12, 18—14, 15. 20, 25—21, 19 22, 25—23, 13. et evangelii Johannis 6, 14—8, 3. 15, 24—19, 6. Quadrat in hunc quoque laus codicis eius qui praecedit: ex numero

enim est codicum EFGHKMSUV; sed saepius his cum antiquioribus consentit codicibus, nec raro lectiones plane proprias tuetur. Exempli caussa videamus Luc. 3, 1—38. Hos per versus locis 13 plurimorum codd. uncialium confirmat auctoritatem; locis 17, ubi illi inter se differunt, quaterdecies cum A etc., bis cum C etc., semel cum EGHKSUΔ facit; 15 denique locis pro testium discrepantia inprimis idoneis ad ingenium codicis probandum, septies cum B facit perpaucis aliis accedentibus, semel cum eodem accedentibus pluribus; bis de uncial. codd. LX et LXKMU solos habet comites, bis veteres tantum aliquot interpretes et semel unum ut videtur codicem illum insignem 131; v. 8. pro ἄρξησθε habet δόξησθε, solo Didymo (δόξητε) prope accedente; denique v. 23. loco perquam gravi ipse solus omittit ὡσεί, ab aliis cum ὡς permutatum. Etsi non dixerim ubique codicem nostrum tanta quanta hoc Lucae loco lectionis bonitate excellere, tamen nusquam inferiorem se praebet codicibus uncialibus sequioris aevi iis quos supra laudavimus. Lectionum nondum alibi inventarum exempla addamus quattuor ex uno capite Lucae quarto. Ibi enim v. 2. ad ἡμέρας τεσσαράκοντα addit καὶ νύκτας τεσσαράκοντα; v. 6. παραδέδοται commutat cum παραδίδοται, v. 22. omittit οὐχ, v. 25. habet ἐπὶ τῆς γῆς pro ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

Codices evangeliorum unciales majoris ut nostri III. et IV. ambitus hucusque inventi sunt 15, quorum 4 (ABCD) sine dubio antiquiores, 5 (GHSUX) sine dubio recentiores, 6 vero (EFKLMΔ) eiusdem fere aetatis sunt.

V.

Codex Veteris Testamenti Graecus membranaceus, uncialibus litteris octavi saeculi scriptus, foliorum 29 formae maximae, quorum quaevis pagina textum duabus columnis distinctum exhibet. Continet maximam libri Genesis partem, i. e. 1, 1—14, 6. 18, 24—20, 14. 24, 54—42, 18. Lectionis bonitate tantopere excellit ut non dubitem quin egregie facturus sit ad pristinam integritatem Genesi Graecae reddendam; ipsi enim Alexandrino codici, quocum saepe facit, non raro praestare videtur. Cum Vaticanus liber, unde Romana editio fluxit, tota fere Genesi careat (incipit capite 47.), inventum hunc thesaurum maximi faciundum existimo. Exemplum textus esto Genes. 31, 31—47. Ibi lectiones 45 ab editione Romana differunt. Locis 13 cum Alexandrino codice consentit; aliis vero 9, accedente sexies (ter hiat) codice Cottoniano illo qui incendio periit, contra Alexandrinum est. Porro saepe cum Cottoniano consentit invitis Alex. codice et Rom. editione, ut v. 32. (transposita sunt καὶ εἶπεν ... ἡμῶν etc.) et v. 40 (ἐγενόμην et παγετός). Versu 33. cum Vindob. codice purpureo omittit εἰς contra ed. Rom. et Alex. codicem. Notabilis etiam est consensio nostri codicis et codicis Veneti, de quo Holmesius, apud quem nro. 72. notatur, sic iudicat: „Est sane codex in suo genere singularis et maximi faciundus; continet enim textum hucusque incognitum.“ Cum eo codice noster solus v. 36. omittit ἀποκριθεὶς usque

Λάβαν, item v. 37. cum eodem solus corruptam lectionem *θέσω δέ* (pro *θὲς ὧδε*) tuetur. Quum vero plura alia tantum non solus praebeat, ut vv. 45. 47. 42. ubi habet *εἰς στήλην*, *ἐκάλεσεν δέ*, *ἐχθές*, vv. 37 et 46. ubi omittit *ὅτι* et *ἐκεῖ*, tum multis locis plane propria habet, ut v. 33. *εἰσῆλθεν εἰς*, v. 37. *ἠρεύνηκας* (reliqui *ἠρεύνησας*, alii tres *ἠρεύνηκας*), ibidem *εὕρηκας* (reliqui *εὗρες*), v. 38. *αἱ βόες* (pro *αἱ αἶγες*), v. 41. *τοῖς προβάσιν* (reliqui *τ. προβάτοις*), v. 43. *ἃ σὺ ὁρᾷς ὅλα* (pro *ὅσα σὺ ὁρᾷς*), v. 44. *διαθήκην διαθησώμεθα* (reliqui *διαθῶμαι* vel *διαθώμεθα διαθήκην*), v. 44. om. *ἴδε* (ita etiam alii duo, sed sequente *ὁ δὲ θεός*), v. 47. *ἐκάλεσεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ* (pro *ἐκάλ. αὐτόν*).

Ceterum codices unciales Graecum Genesis textum spectantes in Europae bibliothecis habentur 7, quorum quinque multo pauciora nostro fragmenta continent.

VI.

Codex Veteris Testamenti Graecus membranaceus, foliis constans 16 formae maximae, insignis antiquissima minuscularum litterarum scriptura, quae eadem est in codice Reg. 1470. (apud Montefalconium in Palaeogr. p. 269. Colb. 440. est) anni 890. et in Oxoniensi codice Platonico anni 896., adscribendus omnino saeculo nono. Continet integros libros Judicum et Ruth cum extrema parte libri Josuae. Formas Alexandrinas antiquas pauci codices summae antiquitatis tam fideliter conservarunt quam hic codex. Exempla haec excerpsimus: *λήμψη* (fol. 5. recto), *ἐξολεθρευθείς* (fol. 4. verso), *βενιαμείν*, *σεμεειν*, *σύνσημον* (fol. 14. recto), *ἦλθοσαν* (ibidem), *ἴδαμεν* (fol. 12.), *ἐρημμένην* (fol. 10. verso), *ἐμάσατο* (fol. 8. verso, 4. verso), *τοῖς λάμψασιν* (fol. 5. verso), *ἐξηρεύνησαν* (fol. 5. recto, 4. recto), *ἐξένεγκον* (fol. 5. recto), *ἀνέβεννεν* (fol. 4. verso ter). Textum vero praebet inprimis notabilem et gravem, profectum a recensione quae nondum innotuit. Quod quo jure dicam, judicari poterit ad priores capitis primi versus 27: per hos enim quinquaginta locis a Romana editione discedit, duodevicies cum Alexandrino codice consentiens (ut v. 17. *Σεφέρ* cum Alex. solo et v. 27. *Μαγεδών* cum solis Alex. et cod. X. apud Holm. habet), tredecies cum aliis codd. uncialibus, porro alia cum paucis codd. minusc. communia habens, alia sociis plane nullis. Hujus quod ultimo loco dixi generis sunt: v. 1. *ἐν τῷ κυρίῳ*, v. 5. omissum *τόν* prius, v. 7. *ἑβδομήκ. ἄνδρας* (quod reliqui omnes omittunt) *βασιλεῖς*, ibidem *καὶ ἀποκεκομμένοι*, v. 10. *γεσί* (ed. Rom. *γεσσί*, cod. Alex. *γεθθί*), v. 11. *πόλις γραμματέων*, v. 14. *ἐβόησεν* pro *ἐγόγγυζε*, v. 16. addita *εἰς γῆν ἰούδα* post *τῶν υἱῶν*. Uno tantum socio habet v. 4. *εἰς χεῖρας* (cum cod. 58; de quo Vaticano codice Holmes: „quantivis pretii est“), v. 8. *ἐνέπρησαν πυρί*, v. 17. *ἔκοψαν*.

VII.

Codex Novi Testamenti Graecus membranaceus foliorum 56 octavae formae minutae, cum textu actuum apostolorum integro, exceptis 4, 8—6, 17. 17, 28—23, 9. Insignis est 7/

subscriptione quae annum quo scriptus est prodit, i. e. annum Christi 1054., item nomina eorum quorum jussu scriptus est et ejus qui scripsit. Scriptum est enim in hunc modum: *ἐγράφη ἡ πνευματοκίνητος καὶ ἱερὰ βίβλος αὕτη κατ ἐπιτροπὴν* (codex *κατεπιτροπεῖν*, similiter passim errat scriptor) *τοῦ κυρίου Ἰακὼβ μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου καὶ Ἰωάννου μοναχοῦ διὰ χειρὸς Ἰωάννου μοναχοῦ ἔτους ͵ϛφξβ ἰνδ. ζ̄ μ. ἀπρι. κ̄.* Textu mirum in modum prae omnibus actuum codicibus eadem fere aetate scriptis excellit; tantopere enim ad textum celeberrimorum codicum ABC accedit ut codicum minusculorum quos vocant nullum parem habeat. Ita 27, 27—28, 3 (versibus 21) in censum veniunt lectiones 39. Harum 16 communes habet cum ABC: v. 29. *κατά* pro *εἰς*, v. 30. *ἀγκύρ. μελλόντων*, v. 33. *ἡμέρα ἤμελλεν*. v. 34. *μεταλαβεῖν* pro *προσλαβεῖν*, ibidem *ἀπό* pro *ἐκ*, ibidem *ἀπολεῖται* pro *πεσεῖται*, v. 37. *πᾶσαι ψυχ. ἐν τ. πλοίῳ*, v. 40. *ἀρτέμωνα*, v. 41. *ἐπέκειλαν* (scriptum est — *κιλαν*), v. 42. *διαφύγῃ*, v. 43. *ἑκατοντάρχης*; 28, 1. *ἐπέγνωμεν*, v. 2. *οἵ τε*, ibidem *ἅψαντες*, v. 3. *φρυγ. τι πλῆθος*, ibidem *ἀπὸ τῆς*. Item 10 cum duobus ex his: v. 29. *μή που* et *ηὔχοντο*, v. 30. *πρῴρας*, v. 33. *ἤμελλεν* et *προσλαβόμενοι*. v. 34. *ὑμετέρας*, v. 37. *ἤμεθα*, v. 39. *δύναιντο*, v. 41. *ἔμεινεν*; 28, 3. *ἐξελθοῦσα*. Item 7 cum uno ex his: v. 27. *ἐπεγένετο*, v. 28. *ὀργυιάς*, v. 29. *φοβούμενοι δέ*, v. 35. *ηὐχαρίστησεν*, v. 37. *πᾶσαι* absque *αἱ*, v. 39. *ἐβούλοντο*, v. 43. *ἐκέλ. δέ*. Ter cum CGH, semel cum GH vulgatam lectionem tuetur: v. 33. *μηδέν*, v. 41. *βίας τῶν κυμάτων*, v. 2. *παρεῖχον*, v. 35. *εἰπών*. Semel tantum cum minusc. codd. solis facit, sed accedente etiam Sahidica versione aliisque: v. 29. *ἐκπέσωσιν*; semel (i. e. v. 32.) nullum socium habet omittens *οἱ στρατιῶται*, ab aliis ante *ἀπέκοψαν*, ab aliis post *ἀπέκοψαν* additum. Nec raro fit ut solus inter omnes accedat ad codicis B testimonium vel codicis A vel codicis C, ut 11, 3. *ὅτι εἰσῆλθεν* cum B; 13, 19. omissum *καί* ineunte versu cum B; 13, 20. *Σαμουὴλ προφήτου* cum B; 28, 6. *αὐτὸν εἶναι θεόν* cum B; ut 11, 5. *καταβαῖνον* cum A; 14, 25. *λαλήσ. εἰς τὴν Πέργην* cum A; 17, 10. omissa *εὐθέως διὰ τῆς νυκτός* cum A; ut 13, 11. *παραχρ. τε* cum C; 16, 36. *ἀπέστειλαν* cum C. Ita etiam cum solo E facit 17, 19. *λεγομένη*. Quo autem pauciora summae antiquitatis monumenta textum actuum conservarunt, eo pluris codex noster aestimandus est; haud dubie enim antiquissimi codicis uncialis, qui ipse periit, exemplum est.

VIII.

Folia membranacea palimpsesta sex in 4° cum fragmentis Graecis prophetae Jesaiae, saeculi fere septimi. Unciales litterae, quibus scripta sunt, firma manu ductae, vergentes paullulum ad latus et oblongae, nullis notatae accentibus. Graecae scripturae superimposita est Armeniaca. Graeca pleraque lectu difficillima sunt; tamen exceptis paucissimis iam legi et edendi caussa transscripsi. Sunt autem fragmenta Jesaiae haec: 3, 8—14. 5, 2—7. 7—11. 29, 11—16. 16—23. 44, 27—45, 5. Quinque codicum Jesaiae

uncialium, qui soli aetatem tulerunt, tantummodo tres horum locorum textum tradunt. Textus autem horum fragmentorum optimae notae est. Ita folio primo 3, 8—14. bis cum codice Alexandrino facit: v. 10. *γενήματα* et v. 12. *τὴν τρίβον;* praeterea v. 8. *διό* et v. 11. *συμβ. αὐτῷ κατὰ* etc. cum perpaucis codd. habet; v. 10. *δήσομεν* cum solo Eusebio, v. 14. *αὐτὸς ὁ κύριος* cum solo Procopio. Item folio altero 5, 2—7. sexies cum Alex. consentit; porro v. 4. *ἵνα ποιήσῃ* (item v. 7.) cum paucis codd. min. tuetur, assentientibus Origene, Basilio, Chrysostomo, et v. 5. *νῦν οὖν,* assentientibus praeter minusculos aliquot codice XII. apud Holm. in margine (i. e. Marchal. Vatican.) et Severo.

IX.

Folia membranacea palimpsesta tria in 4° cum fragmentis Graecis alterius et tertii libri Regum. Scriptura uncialis qua exarata sunt Coptum redolet; accentus tantum non observavi. Videtur octavi saeculi esse, nisi forte antiquior est; certe enim inscriptiones in margine superiore exhibitae antiquitatem octavo saeculo antecedentem produnt. Ceterum Graecis Armeniaca superimposita sunt. Sunt autem fragmenta haec: 2 Regg. 22, 38—42. 46—49. 23, 2—5. 8—10. 3 Regg. 13, 4—6. 8—11. 13—17. 20—23. 16, 31—33. 17, 1—5. 9—12. 14—17. Ad recensionem pertinent perquam antiquam a Vaticana editione admodum diversam, inprimis cum codicibus Holmesii X. et XI. consentientem. Ita folio primo per priores decem versus cum utroque contra ed. Rom. hic codex tuetur *καὶ οὐ μὴ ἀναστῶσιν, ἐπ' ἐμέ, καὶ παιδείων, φόβον θεοῦ, καί* ante *ἀνατείλας;* item cum iisdem et Alexandrino *οὐ παρῆλθεν;* item *ἐπανισταναμένους* cum II. (i. e. codice Vaticano) et XI. (Alex. *ἐπανισταμένους*), cum Alex. *ὁ θεὸς ὁ φύλαξ*, cum X. et Alex. *ὁ ἥλιος*, cum Alex. *οὗτος ὁ οἶκος*, cum duobus tantum codd. minusc. *δύναμιν, ἐν ἀνθρώποις* cum uno Holmesii nr. 64., *ὁ διδούς* solus, reliquis *κύριος* vel *κύρ. ὁ θεός* praemittentibus. Ceterum ad hos Regum libros unciales codd. praeter Holmesii II. (Vatic.) III. (Alex.) XI. (Basil. Vatic.) et (ad 2. Regg.) X. (Coislin.) non exstant. Scripturam similem sed accentibus plenam vide apud Montfauc. in Palaeogr. Gr. p. 224.

X.

Codex membranaceus Graecus foliorum 31 in 4° majori, minusculis litteris saeculi XI. vel X. Continet Cassiani libellos duo. Ad priorem, cujus initium deest (incipit codex a verbis *τελεῖσθαι ἔν τισι τῶν κοινοβίων κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἑστιάσεως οὐκ ἀπὸ τοῦ κανόνος τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν*) novem folia pertinent (exit verbis *τῇ δὲ αὐξήσει τῶν ἀρετῶν ἡ καθαρότης τῆς καρδίας προσγίνεται· τῇ δὲ καθαρότητι τῆς καρδίας ἡ ἀποστολικὴ τελειότης περιγίνεται*); posterior est *περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν*: hic integer est excepto tractatu octavo, cujus post verba *καὶ ἕως θεμελίων κατασκάπτει· καὶ μάρτυς*, desideratur finis. Codex bene et scite scriptus est atque a correctore duodecimi fere saeculi ita pertractatus ut duplicem textum

habeas. Sunt haec Cassiani opera circa initium saeculi V. Graece versa, sed Graeco sermone nondum edita. In bibliothecis passim manuscripta habentur.

XI.

Folia membranacea palimpsesta 23 in 4°. Primum Graece, tum deleta Graeca scriptura Slavonice scripta sunt. Inprimis memorabile est pleraque folia bis fuisse Graece scripta antequam ab homine Slavo adhiberentur, ita ut jam plerumque triplex scriptura, prima decimum fere saeculum referente, ob oculos versetur. Neque Graeca, quorum permulta satis apparent, neque Slavonica lecta sunt.

XII.

Folia membranacea palimpsesta 8 in 4°. Sub Armeniaco textu inventus est Graecus, uncialibus litteris pulcherrimis saeculi fere quinti exaratus. Homiliam in memoriam hominis sancti scriptam continere videtur eamque ut videtur deperditam. Loci plures infusis chemicis ad legendum faciles sunt; ibi inter alia haec scripta sunt:

την ημων καθαρσιν καθαιρεται εν
τω ιορδανη ο μονος καθαρος και ακη
ρατος αγιαζον (sic) *ημας και τα υδατα και τας*
κεφαλας των δρακοντων συντριβω̅
επι του υδατος

παραδοξον η βαβυλωνος εδειξεν καμινος πηγα
σασα

και τον σ̅ρ̅ο̅ν̅ (i. e. *σταυρον*) *σου αραμενος τω*
κ̅ω̅ οσω π̅ρ̅ ηκολουθησας·
Ολον σεαυτον ανεθου τω κ̅ω̅ ολον σε
αυτον εσταυρωσας τω κοσμω προς
το βραβειον

Οσω π̅ρ̅ ελαμψαν σου τα εργα ου μονο̅
εν α̅ν̅ο̅ι̅ς̅ αλλα και εν αγγελοις θεραπω̅
χ̅υ̅ εν γαρ τη ασκησει σου ο ηλιος της
δικαιοσυνης εφαιδρυνεν σου την πο
λιν

XIII.

Fragmenta membranacea palimpsesta varia octo, quorum duo (5. 6.) bis Graece scripta sunt; unum (1) primum Graece, tum Syriace, denique Armeniace; duo (7. 8.) primum Graece, post Armeniace; unum (4.) primum Coptice, tum Graece; unum (3.) primum Arabice, tum Graece; unum (2) primum Syriace, tum bis Armeniace.

1) Folium unum in 4°, quod bis spongiam passum per trium nationum manus transiit. Postquam enim primum Graece scriptum est saeculo fere quinto (facile nunc leguntur verba haec: *ελεος, Αγαθων, Διελογιζετο, οικω* etc.), in Syri manus incidit; denique scriptura utraque quum Graeca tum Syra deleta, rescriptum est Armeniace. Usu chemicorum multa clara facta sunt multoque plura clara reddi poterunt.

2) Alterum folium eiusdem formae triplici scriptura insigne. Prima est Syriaca antiquissima*), secunda et tertia Armeniaca.

3) Folium unum minutioris formae, cujus prior scriptura Arabica, altera Graeca saeculi fere tertii decimi est. Quem in modum rarissime codices rescripti sunt.

4) Folia minutioris formae septem cum dimidio, primum Coptice, tum Graece saeculo fere XIII. scripta.

5) Folia minutioris formae quattuor cum dimidio. Utraque scriptura Graeca est; prior accentibus nullis notata octavum fere saeculum refert, altera tertium decimum.

6) Folia eiusdem formae tria, quorum in altera quaque pagina super litteras unciales Graecas noni fere saeculi scriptum est litteris minusculis saeculi tertii decimi.

7) Folium formae quartae. Super uncialem scripturam Graecam pictum est ab Armenio utraque pagina; sed inferioribus partibus antiqua scriptura noni vel decimi saeculi satis perspicua est.

8) Folium eiusdem formae, primum Graece litteris uncialibus sequioris aevi scriptum, post rescriptum Armeniace.

XIV.

Reliquiae octo codicum Graecorum uncialium non rescriptorum.

1) Fragmentum codicis eiusdem cujus partem (foliorum 43) anno 1844. a me inventum nomine codicis Friderico-Augustani insignivi et duobus annis post edidi. Continet Genes. 24, 9—10. 41—43. *[ρη]ματος το[υτου]* usque *εις την μεσοποταμιαν*, et *[ορκισ]μου μου* usque *πηγης του υδατος. και.* Saeculi omnino quarti esse videtur.

*) Pertinet ad textum evangelicum, de quo sub XV. 1. exponetur.

2) Fragmentum psalterii antiquissimi. Scriptura pulcherrima est et simillima celebri codici Vaticano Dionis Cassii, initialibus litteris plane destituta. Videtur quarti vel certe quinti saeculi esse. Continet Ps. 141 (2), 7—8. 142 (3), 1—3. 144 (5), 7—13. Textus stichometrice scriptus est, praetereaque ad marginem psalmi 144. reliqua sunt vestigia distinctionis quae quod sciam aliunde non innotuit. Appositum est enim [τ]ηθ ad verba οικτιρμων και ελεημων, ιωθ ad εξομολογησασθωσαν, χηφ ad δοξαν της μεγαλοπρεπειας, [λ]αβδ*) ad τον γνωρισαι. In ipso textu plura insunt diligenter observanda. Cujusmodi est inscriptio psalmi 142: ψαλμος τω δαυειδ οτε αυτον εδιωκεν (sic) αβεσσαλωμ ο υιος αυτου. Codices Vat. et Alex. sic habent: ψαλμος τω δαδ οτε αυτον ο υιος καταδιωκει (Alex. -διωξεν).

3) Scidulae duae compingendo codici Arabico adhibitae, codicis eiusdem cujus folia quattuor a me 1844. ex oriente allata in bibliotheca universitatis Lips. insigniuntur nomine codicis Tischend. I., cum facsimili a me edita in Monumentis sacr. ineditis. Supersunt in his scidulis versus decem, quorum quinque ad Matth. 12, 17—19. quinque ad Matth. 12, 23—25 pertinent. Saeculi ut videtur septimi.

4) Fragmentum operis cuiusdam patristici, scriptura eleganti octavi fere saeculi. Sunt versus quadraginta; primi sic habent, plenis additis accentibus et spiritibus quorum nonnihil deest: [βι]βλίῳ ἀναγινωσκομένῳ· ἐκ γὰρ τῶν λεγομένων ὠφεληθεὶς, δύνασαι καὶ ἄλλους νουθετῆσαι· τί γὰρ πλέον ἔχεις τοῦ μὴ συναχθέντος, ὅταν καὶ σὺ μετὰ τὴν ἀκρόασιν, ἀπέλθῃς μηδὲν χρήσιμον κτησάμενος· ἀλλὰ θαυμάζων μὲν τὰ εἰρημένα, μηδὲν δὲ αὐτῶν διαμνημονεύων. Item extremi: σύνες τοίνυν ταῦτα καὶ γρηγόρει ψυχή· μάλιστα γὰρ ὁ ἀποταξάμενος, τούτων δέεται τῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα ὅταν νέος τυγχάνῃ·**) κηροῦ γὰρ δίκην ἐνέχουσα ἡ διάνοια, ταχέως ἐναποτίθεται ἐν αὐτῷ τὰ λεγόμενα· καὶ χειραγωγούμενος ἐκ τῶν προοιμίων πρὸς αἴσθησιν εὐλαβῆ, πολλῷ πλέον προκόπτων τὴν ἡλικίαν — —

5) Fragmenta textus evangelici duo: alterum capitis 1. Lucae, alterum cap. 20. Matthaei. Quae quum eodem folio scripta sint, alterum recto, alterum verso, ad evangeliarium pertinuisse videntur. Scriptura nonum vel decimum saeculum prodit, neque desunt quae ad rem criticam faciant, ut συλληψει et τεξει Luc. 1, 31; επι του λογου αυτου et μη φοβου μαρια ibidem v. 29 et 30.

6) Folia minutae formae duo litteris octavi vel noni saeculi conscripta. Textus ad hymnos liturgicos pertinet.

7) Folium in 4°, pars evangeliarii 10. vel 11. saeculi.

8) Folia tria minutioris formae, litteris uncialibus minutis eleganter scripta saeculo fere decimo vel undecimo. Insunt integra κεφάλαια atque ὑποθέσεις evangelii Lucae.

*) Cum hac forma conferendum est λαβδ, quod in Jeremiae Threnis in codicibus Alexandrino et Friderico-Augustano pro λαμδ scriptum est.

**) Jota nusquam in libris mss. nostris nec in unciali scriptura nec in minuscula subscriptum est; nec magis vero adscriptum, exceptis fragmentis palimpsestis grammaticis, de quibus infra dicetur.

XV.

1) Folia membranacea palimpsesta 52*) in 4°, priore scriptura Syriaca, altera Armeniaca. Syriacarum litterarum formae vix alibi repertae summam antiquitatem produnt. Ex sententia virorum scripturae orientalis peritorum fragmenta haec ad quintum fere saeculum referenda sunt. Quae hucusque lecta sunt, ad interpretationem evangeliorum pertinent hucusque incognitam. Folium duplex recentiore scriptura non coopertum a tribus ultimis verbis Luc. 18, 43. incipit et exit 19, 8. His ex paucis versibus satis intellectum est interpretis ingenium. Is enim, a textu quem Peschittho vulgo vocant proficiscens, tota mente in id incumbebat, ut Graeca quam fidelissime redderet, invito ipsius Syrae linguae ingenio. Hinc nomina propria Johannis et Jesu non Semiticis formis, quae placuerant primo interpreti, sed Jsûs, Jûhanîs reddidit; verborum ordinem in versione Peschittho paullulum immutatum accurate ad fidem Graecam restituit; vocabula, quae non optime videbantur Syriace verti posse, ipsa retinuit, ut uchlûso pro ὀχλος Luc. 19, 3. Ex his exemplis clarum erit haec fragmenta maximi faciunda esse pariter Syras litteras atque rem Novi Testamenti criticam tractanti. Certe enim in re critica, quum pro aetate qua scripta sunt, tum pro ratione qua interpres Syrus ad Graecum textum se conformavit, eodem loco ponenda sunt cum testibus Graecis nostris gravissimis. Sunt in his foliis quae aegre legi queant; sed caute adhibitis chemicis longe plurima restitui poterunt.

2) Folia membranacea palimpsesta undecim in 4°, perantiqua et ipsa, primum Syriace scripta, post Armeniace. Syriaca non sunt biblici argumenti, sed neutra scriptura accuratius indagata est.

3) Folia duo membranacea, eiusdem ut videtur codicis Armeniaci partes atque folia palimpsesta ea de quibus modo dictum est, nisi quod non habent antiquiorem scripturam.

XVI.

1) Codex membranaceus Arabicus foliorum 75 in fol. min. Scriptura et maxima elegantia est et ratione antiquissima: proximum enim a Kufica scriptura locum tenet, punctis diacriticis perraro prima manu additis. Litterarum Arabicarum nihil aliud tantae antiquitatis innotuisse videtur nisi syngraphus ille papyraceus in usum peregrinatoris saeculi p. Chr. octavi scriptus (de quo Silvestre de Sacy exposuit, cf. Mémoires d'histoire de littérature orientale p. 70 sqq.) cum ceteris quae nostra memoria repertae sunt reliquiis earundem litterarum papyraceis. Ejusdem enim octavi saeculi Fleischero, viro Arabicarum litterarum ut constat longe peritissimo, codex noster visus est**). Ad laudem

*) Quinquagesimum tertium folium iam indicatum est supra sub XIII. 2. triplici scriptura insigne.

**) Cf. Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft. Band VIII. S. 584—587. ubi S. Ven. Fleischer hunc codicem una cum tribus reliquis fragmentis Arabicis, de quibus infra dicetur, describit et illustrat, additis etiam accuratis scripturae speciminibus.

antiquitatis alia non minoris momenti accedit: continet enim interpretationem epistularum Pauli hucusque incognitam. Fragmenta Rom. 6, 14—19. 8, 35—9, 3. 2 Cor. 2, 16—8, 19. excipiunt integrae epistulae quattuor haec: 1. et 2. ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, denique Hebr. 1, 1—9, 15. Harum quinque epistularum textus bonitate antecedere videtur fragmenta epistularum ad Romanos et ad Corinthios. Inveniuntur sectiones, quae hanc similitudinem cum antiquissimi codicis Vaticani sectionibus habent, quod omnes Pauli epistulas complectuntur et in unum quasi corpus redigunt. Ita ad 2 Cor. 4, 16. notata est sectio 23; ad Hebr. 6, 9. sectio 51. Memorabile etiam est initia epistularum secundae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos inscriptione insigniri suris Corani propria.

2) Folia membranacea sex in 4°, codicis Arabici fragmenta, insignia maxime eo quod annum quo scripta sunt prae se ferunt. Scripta sunt enim anno Arabum 272. (i. e. 885—6. p. Chr.) ab Abba Antonio Bagdalensi, qui plerumque vocabatur Dâûd bin Sina, in laura S. Sabae in usum Patris Isaaci Sinaitici. Ex hac aetatis notatione magnopere adjuvabuntur qui definiendae aetati codicum Arabicorum vetustorum operam dant*). Continetur autem horum foliorum 1 usque 5 finis legendae de Christo mortis ac diaboli victore, ad alteram partem evangelii Nicodemi (cf. Evangg. apocr. ed. Tischend. p. 304—8.) libere compositae**). Folio 6. incipit historia litis Christianorum Sebastiensium tempore Basilii Magni actae cum episcopo Petro matrimonii specie iuncti.

XVII.

Collectio codicum Hebraicorum et Arabicorum.

Exceptis duobus prioribus Hebraice scriptis, qui sunt Rabbanitici, omnes sunt Karaitici, Arabice sed Hebraeis litteris scripti. Examinati sunt hi codices inprimis a viro in hoc litterarum genere clarissimo, Adolpho Jellinek, qui identidem de iis exposuit in: Monatsschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judenthums. Herausgeber Dr. Z. Frankel. 1853.***) Judice Jellinek hi codices omnes, quorum perpauci similes in Europae bibliothecis habentur, permagni faciundi sunt, quippe ineditorum luce vero dignissimorum plenissimi.

*) Facsimile codicis vide l. l. in Zeitschrift der Deutsch. morgenl. Gesellschaft.

**) Locus facsimili expressus Fleischero interprete sic habet: Tum mitte (verba sunt Mortis ad diabolum) copias malorum daemoniorum tuorum ad principes sacerdotum et doctorum legis, ut omnem ipsorum gentem incitent ad falsam ejus criminationem senioribus et judicibus afferendam, ut capitis damnari possit. Quodsi mortuus fuerit et in manibus meis, in imis inferis eum concludam.

***) Cf. p. 245 sq. Herr Prof. T. hat seinen jüngsten Aufenthalt in Kahira auch zum Ankauf mehrer rabbanitischen und arabisch-karäischer Handschriften benutzt, und dadurch wie der Wissenschaft überhaupt, so der jüdischen insbesondere einen grossen Dienst geleistet .... Ich behalte mir vor, später diese wichtigen Handschriften ausführlich und genau zu beschreiben ... Cf. p. 286 sqq. p. 360 sqq.

A. Talmudici.

1) Compendium juris talmudici auctore Chajin ben Samuel Tudelensi. Provocatur in hoc libro inedito, qui egregie facit ad illustrandum cultum civilem saeculi XIII., maxime Judaeorum eo tempore in Hispania degentium, ad Alfasium, Maimunium, Meïr ha-Lewi, Abrahamum ben David II., Mosen ben Nachman, Salomonem ben Adrat, Meïr Rothenburgensem, aliosque. Subscriptum est nomen ejus qui ex ipsius auctoris autographo centum fere annis post ejus mortem, anno 5221. (i. e. Christi 1461.) in urbe Kalatajuh codicem descripsit. Foliorum est 100 in 4°.

2) Scholia ad tractatus talmudicos Nidda, Nasir, Nedarim, auctore Ascher Toletano. Scriptus est codex Toleti anno 1364. Insuper additum est fragmentum et quidem initium commentarii ad tractatum Cholin a Raschi datum. Folia sunt 70 in 4°. Eorum omnium quae hoc codice satis presse scripto continentur nihil dum lucem vidisse, asserit Ad. Jellinek l. l. p. 287. Ipsum enim commentarium ad tractatum Nedarim alium esse reperit atque eum qui ejusdem Ascheri nomine iam editus est. De extrema parte codicis ille sic: Während wir eine grosse Anzahl Supercommentare zu Raschi's Pentateuch-Commentar besitzen, ist das bezeichnete Fragment vielleicht der einzige Versuch die talmudischen Erläuterungen Raschi's zu commentiren. Der unbekannte Verfasser geht auch ganz genau und scharf auf jede Wendung Raschi's ein.

B. Karaitici.

1) Codex philosophicus foliorum 198 in 4°. Primo loco legitur logica (per folia 24), secundo metaphysica (per 102 foll.), tertio physica (per 72 foll.), auctore Said Ibn Dâûd el Adeni el Israïli er-Rabbani. Laudatur hic scriptor ab Asulai. Metaphysica et physica integrae sunt, logica ab initio manca. Ceterum alius eorundem operum codex Oxonii habetur.

2) Collectio perquam insignis canticorum Karaiticorum, foliis 281 in 8°, quorum nonnihil male affectum est, constans. Insunt plus 220 carmina, quorum nonnulla in libris Karaitarum ritualibus edita sunt, longe vero plura nondum innotuerunt. Pleraque in laudem Mosis, Aaronis, Samuelis, Eliae composita sunt. Inscriptiones Arabicae singulis carminibus praemissae auctoris poetae nomen, item metrum et cantum indicare solent. Invenitur in his poetis etiam unus rarissimo nomine Bileami dictus, auctor carminis nr. 20.

3) Rituale Karaitarum cum pluribus epithalamiis, foliorum 48 in 8°.

4) Midraschim tres: de Abrahamo (foliorum 12)*), de decem martyribus versibus

*) De hoc libello Ad. Jellinek l. l. p. 362 sic: Sagenhafte Erzählungen von Abraham wurden besonders von den Juden, die unter den den ersten Erzvater hochverehrenden Muhamedanern lebten ausgearbeitet. Daher sind sie ursprünglich arabisch geschrieben. Unsere .... beginnt mit der Erzählung, dass in der Nacht, in welcher Abraham geboren wurde, ein merkwürdiger heller Stern am Himmel erschien, der vier Sterne verschlang. Nimrod, der seine Weisen darüber befragte, erhielt zur Antwort, dass ein Wunderkind diese Nacht werde geboren werden. Auf den Rath der Vesire wurde

scriptus (foll. 8.), de exitu filiorum Israelis ex Aegypto (foll. 10). Is quem secundo loco posuimus 52 strophas tetrastichas continet, quarum unaquaeque in syllabam ân exit. Elegia est, scripta ut videtur in diem IX. mensis Ab. Scriptus est codex anno 5447 i. e. Chr. 1687. Tertius Midrasch solemnibus paschalibus destinatus est, ut ex ipsius initio satis intelligitur.

5) Varia fragmenta dogmatica, ab Afendopolo, a Samuele Rofe, ab Abu Jacub scripta. Folia 33 in 4°.

6) Homiliae decem ad decem Genesis et Exodi pericopas. Fol. 120 form. minoris. His decem libellis magnopere delectatus est Ad. Jellinek, iisque homiliarum nomen convenire indicavit. Similes aliquot libellos in Europam ex Aegypto attulit clar. Munk, cf. Josti Annales Israelitic. anni 1841., ubi pag. 76 sqq. tota eorum ratio accuratius describitur.

7) Commentarius ad Genesin usque 8, 20. Foll. 68 in 4°.

8) Comment. ad pericopas Genesis (foliorum 5), Exodi (foll. 10), Levitici (foll. 7), Numerorum (foll. 4).

9) Commentarius ad librum Josuae a 10, 23. usque finem. Scriptus est codex anno 1617. Foll. 71 in 4°.

10) Tres libri ad Psalmos pertinentes:

a. textus Psalmorum 10—37. fere integer. Foll. 20 in 4°.

b. textus et commentarius ad Ps. 1—17. Foll. 37 in 4°.

c. textus et commentarius ad Ps. 98—148. Foll. 55 in 4°.

11) Comment. ad Jonam (foll. 6), ad Jonam et Obadjam (foll. 2), ad Ezechielem (foll. 5), ad Proverbia (foll. 17), ad Jobum (foll. 23).

12) Comm. ad Threnos Jeremiae, foliorum 52 in 4°.

Hos commentarios vel potius haec commentariorum fragmenta cl. Jellinek maximi facit propterea quod ad Jefet celeberrimum apud Judaeos librorum sacrorum interpretem referenda censet, quamvis ipsum nomen non adscriptum sit. Similia quaedam anno 1841. a cl. Munk Parisios allata, sed paucis ad Psalmos exceptis nihil dum typis exscriptum esse significavit.

beschlossen, dass das Kind, welches diese Nacht geboren werden sollte, getödtet werde, und dessen Vater soll so viel Gold erhalten als das Kind wiegt. Im Laufe der Erzählung wird berichtet, wie Abraham die Götzen zertrümmert, indem er selbst dem grössten Götzen ein Opfer darbringen wollte, von demselben aber keine Antwort erhielt; wie er die herbeikommenden Götzendiener belehrt und dann ein langes Zwiegespräch mit Nimrod hält. Zum Schlusse wird noch erzählt, dass Haran in den Feuerofen geworfen wurde, Terach nach der Errettung Abrahams Gott ein Opfer darbrachte, der es gnädig annahm, und dass Abraham nach der Befreiung vom Feuertode den Namen אברהם mit Vermehrung von zwei Buchstaben erhielt.

MANUSCRIPTA TISCHENDORFIANA

BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS.

A. GRAECA.

Cod. Tischend. II.*). Folia sunt 22 membranacea palimpsesta formae majoris, priore scriptura Graeca, posteriore Arabica. Aliquot folia ex madore male affecta sunt, item inde quod postea ad compingendum alium librum adhibita sunt, resecatis marginibus, passim etiam clavis defictis. Folia 6 e duabus partibus sutura conjunctis constant. Supersunt his foliis 22 reliquiae duorum codicum Graecorum septimi fere saeculi. Alter erat argumenti biblici, alter grammatici. Codicis biblici folia supersunt septendecim: I usque XVI, item XVIII; grammatici quinque: XVII. XIX usque XXII. cum inferiore parte folii XV. Fragmenta biblica ad libros quattuor pertinent, 1) ad librum Numerorum: V, 17—18. 24—25. VII, 18—19. 30—31. 35—47. XV, 11—24. XXVII, 1—XXIX, 2. XXXV, 19—22. 28—31. 2) ad Deuteronomium: 8—9. 15—19. IX, 1—10. XVIII, 21—XIX, 1. 6—9. XXI, 8—12. 3) ad librum Josuae: X, 39—XI, 16. XII, 2—15. XXII, 7—23. 4) ad librum Judicum: XI, 24—34. XVIII, 2—20. Scriptura uncialis qua exarata sunt formas crassas sed firmas ductuque facili habet et accentibus vacua est. Textus admodum peculiaris est, maxime per librum Josuae. Hoc ipso anno omnia haec Veteris Testamenti fragmenta edentur in nova mea collectione Monumentorum sacr. ineditorum, volumine primo, ubi etiam scripturae specimen dabitur.

Ab his foliis, ut dixi, differunt reliqua quinque cum parte folii XV. In his scriptura paullo minor et gracilior est, sed et ipsa accentibus vacat, nec habet quo aetatis diversitatem prodat. Codex is ad quem olim pertinebant minoris formae fuisse videtur; haec enim folia omnia duabus partibus consutis constant. Textus, cuius argumentum gramma-

*) Cod. Tisch. I. fragmenta evangelii Matthaei: 14, 8—29. 15, 4—14. [13, 46—55.] septimo fere saeculo scripta continet, quae cum siglo Θ in indicem criticum Novi Testamenti recepta edidi 1846. in Monumentis sacr. ined. pag. 1—10. addito facsimili tab. I. nr. 1. Pretiosissimum vero thesaurum hujus librorum mss. collectionis non meo sed summo nomine Friderici Augusti clementissimi Saxoniae regis insignivi. Codicem dico Friderico-Augustanum, quo antiquiorem nullum inter codices Graecos membranaceos in Europae bibliothecis vidi. Totum lapidi incisum edidi Lipsiae 1846. Continet 1 Chron. 11, 22—19, 17. 2 Esdr. 9, 9 usque finem; Nehemiae et Estherae libros totos cum parte libri Tobiae, item Jerem. 10, 25 usque finem et Threnos usque 2, 20.

ticum dixi, lectu non est difficilis, sed incommodum hoc habet quod nusquam plenus versus superest. Singulorum foliorum aliquot particulas adscribam, unde viris grammaticorum antiquorum gnaris conjicere licebit quorsum haec fragmenta pertineant. Folio XXII. recto haec legi: *τον μη αντικρυσα....σθαι: ποιησομαι δ.... εν δυσι βιβλιοις....ρωι*) διεξελευσομαι.... θουντων τηι ορθο.... συνταξεως της τω.... ποιοτητος: εν δε.... πον πληρωσω.... τητι πειρωμεν.... της παραδεδομεν.... τοινυν ορθογραφ.... θως γεγραμμενη....φια και αυτος ο λογος.... περιεχων της ορθο....φων ωστε το απο....λουμενον ονομασθ....σιν της ιατρικης υ....λεσμα εστιν· ιατρικ.... και παλιν επι της....σμος μεν τις απο τ....* Ibidem verso *εν εκαστωι τοπωι....επει προκειται ημι........και γαρ πτο....και διονυσιος ο θραιξ'....μυρλεανος· ετι δε....φος· και πτολεμαι.... αντιν και δημητρι....και αρχιας ο διδασκαλος....τε ο τρυφων. και οταν....* Folio XVII. verso *των τοιουτω....το οδυσσευς·* Fol. XIX. recto *νος· και φαεννος....μαι ει η παραδοσις·....φιλοξενος και απο,* ibidem verso *μεροεντα μετεοχε....μηδεα ως ησιοδος....* Fol. XX. verso *ουν το υποταχ.... τακτικον. ετι....πικρατει αναχ....τος η κατακρα....νειλος· ειακο....ο οικος· εν δε τω....* Fol. XXI. recto *αλλα και αλσος ει....εν συλλημψει* (eadem vox alibi absque *μ* legi, ut fol. XX. recto *συλληψιν*) *το....το σ̄ εν καταληξει....το αρα αιγισθος....* Fol. XV. verso *περιστωιον* (cf. Stephan. Thesaur. Gr. Ling. sub *περίστοον*) *συν τω....ναντο και ουτως εχει....*

Praeterea vero fragmentis his grammaticis fol. XXII. adscripta sunt scholia, quae prae ipso textu magna scripturae antiquae elegantia excellunt. Fol. recto notae sunt quattuor, prima versuum 7, secunda 9, tertia 22, quarta 14, sed ultima in fine mutila est. Incipit haec...*ων ομωνυμων εστῑ,* et exit his: *η λεξις η ορθως γε....τις θαυμασει....τηι επωνυμια συνεπι.... τε αποτελουν και το αυτο ... ενον· πολλα γαρ εστι τοι...ωνιον λεγεται λιτρα και...το μετρουμενο̄.* Fol. verso alterae quattuor sunt: prima versuum 10 incipit *το υπερωιον* et finitur verbo *προσγραφομενον;* secunda versuum 14 incipit *και ανωτερω εχρη[το ταυ]τη τηι λεξει* et finitur *της ορθογραφιας;* tertia 5 versuum est, incipiens *προς αντ ιδιας το;* quarta denique, in fine mutila, sic incipit: *μυρλεα πολις της προποντιδος· σεσημωται δε τουτο το ονομα οτι εν αυτωι μονωι....* Apposita haec sunt ad vocem *μυρλεανος*: vide ante quae de folio XXII. verso allata sunt. In Stephani Thesaur. Gr. Ling. vol. V. sub voce *Μύρλεια* affertur Stephani Byzantini locus hic: *πόλις Βιθυνίας ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια ἀπὸ Μύρλου.... Ὁ πολίτης Μυρλεανός, ὡς Ἀσκληπιάδης Μυρλεανὸς ἀναγράφεται. Στράβων δὲ Μυρλεᾶτιν καλεῖ τὴν χώραν. Ἴσως ἀπὸ τούτου Μυρλεάτης ἐστὶ καὶ Μυρλεανὸς κόλπος.*

Atque haec quidem de tribus antiquis scripturis Graecis codicis huius palimpsesti. Sed etiam Arabica scriptura ea quae deletis antiquioribus membranam occupavit, admodum insignis est. Explicuit de ea uberius clarissimus collega Fleischerus, vide Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft Band I. pag. 148—160. Scriptura ipsa medium quiddam tenet inter Kufi et Neschi, quae vocant, similis syngrapho papyraceo illi

*) Observa hoc loco et postea identidem iota adscriptum, quod rarissime in vetustis eiusmodi membranis positum vidi.

in usum peregrinatoris saec. VIII. scripto, cuius jam supra pag. 13. sub XVI. mentio est facta. Videbatur Fleischero „non recentior X. saeculo haberi posse." Quod ille quam recte vidisset, nuper probatum est. Convenit enim ista scriptura cum fragmento nuperrime a me ex oriente allato illo, quod annum Arabum 272. i. e. Chr. 885—886. adscriptum habet (vide supra pag. 14. sub 2.), tantopere ut uterque codex ab eodem scriptus esse videatur. Quae conjectura nescio an inde confirmetur quod fol. XVII. recto David quidam auctorem codicis se profitetur, alterius vero scriptor Dâûd bin Sina plerumque se vocari dicit. De re grammatica huius textus plura exposuit Fleischerus l. l. p. 155 sqq., notavit etiam voces plures nondum notas ad Aramaica et Graeca conformatas. Insunt autem vitae sanctorum quattuor, S. Euthymii (ab initio mutila), S. Sabae, S. Abramii, S. Theodosii (mutila in fine), scriptae, certe duae priores, ut ultimo capite vitae Euthymii traditur, a Cyrillo Scythopolitano monacho Graeco saeculi VI. Duo priores libelli, quamquam plura differunt, a Cotelerio Graece editi sunt in Eccles. Graec. Monum. vol. II. p. 200 sqq. et vol. IV. p. 1 sqq.

Cod. Tisch. III. Folia membranacea quattuor palimpsesta, utraque scriptura Graeca, priore unciali noni fere saeculi, secunda minuscula duodecimi saeculi. Antiquior scriptura, quam obtexit textus liturgicus ad colendam memoriam martyrum scriptus, argumenti est patristici. Quorsum pertineat, ad haec singulorum foliorum exempla iudicari poterit. Accentus et spiritus non desunt, sed raro cerni possunt.

Fol. 1. recto

...προσηκει προ παντων οια εστιν η του θε
ραπευομενου διαθεσις.

— —

...κατα την εντολην την κελευουσαν τι
μαν τους γονεας· ινα ευ σοι γενηται και εση
μακροχρονιος επι της γης. δηλον διοτι ως
συμβολον ιερατικον δεξη το γραμμα και
ουκ ατιμασεις... ιον καν μικροτερον
της σης μεγαλοφυΐας η:

Fol. 1. verso

...ῑυ χ̄υ πασαν περιλαβουσης την γην· και
του ζωηφορου

— —

...και δαιμονες φυγαδευονται· και ιερα
των αγιων αθροιζομενων πανηγυρις. επ εκκλη
σιαις μυστικως αγιαζεται· και της τρυφης ο
παραδεισος τοις πασιν ανεωκται· και το τελος
γεγονε τα παντα καινα.

Fol. 2. recto

.... των εν νικαια συναθροισθε
των τριακοσιων δεκα οκτω αγιων πρων.

— —

επισ
κοπου: και πετρου του της αυτης αρχιεπισκοπου
και μαρτυρος: γρηγοριου γενομενου επισκοπου
νεοκαισαρειας του θαυματουργου:

Fol. 2. verso

ηδη εκτεθεντα ορον. υπο των προδηλωθε
των

— —

τας των αγιων αποστολων δια κλημεντος
διαταξεις· αις τισι παλαι υπο ετεροδο
ξων επι λυμη της εκκλησιας νοθα τινα και ξε
να της ευσεβειας παρενετιθησαν. το ευπρεπες
καλλος των θειων δογματων

Fol. 3. recto

συγγνωστον τε και ασυγγνωστον· ει μεν γαρ

τις της ουσιας φειδομενος· και ασυλον αφεις το κεχρισμενον σωμα

— —

του θεραπευομενου

ωστε συντ .... την εκ των κανονων ω (sic) *ρισθεισαν του επιτιμιου προθεσμιαν·*

Fol. 3. verso

...και ο τοκος των απηρημενων εστιν

— —

τον τω κριματι των ανδροφονων υπαγεσθαι

ει δια μεταμελειας εαυτον προς την εκκλησιαν

του $\overline{θυ}$ επαναγαγοι· ο δε δι υφερεσεως λανθανων

σης σφετεριζομενος το αλλοτριον· ειτα δε εξα

γορευσεως το πλημμελημα εαυτου τω ιερει φα νερωσας

Fol. 4. recto

τα του εξ αγνοιας πτωμα

τος εις ουκ ολιγων ανδρων πληθος διηκοντος·

— —

ταχεως επιλαθο

μενοι· ειτε πρεσβυτεροι. ειτε διακονοι ο̅

της τυχχαν ....

Fol. 4. verso

....συνοδω· ωστε τους (sic) *εν κληρω καταλεγο*

μενοις και αλλοις ······ θμου οντας

καθαρους αποφηναι

Cod. Tisch. IV. Codex est membranaceus foliorum 360 in 4° min., scriptus litteris minusculis pulcherrimis decimi saeculi. Accentuum et spirituum quicquid adest inde a fol. 24. usque ad subscriptionem secundam evangelii Johannis, rubro colore adpictum est. Multa etiam uncialibus litteris scripta sunt eaque fere omnia rubricata, pluribus insuper titulis et subscriptionibus auro inductis. Codex continet evangelia quattuor integra cum additamentis pluribus.

Foliis octo prioribus lectionum ecclesiasticarum indices habentur, qui quum ab aliis similibus, ut quos Scholzius publici juris fecit (cf. De menologiis etc. Bonnae 1823. et appendicem vol. I. Nov. Test. 1830.), satis differant, accuratiore notitia digni videntur. Fol. 1. recto incipiunt *τοῦ κατὰ ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου τὰ σάββατα καὶ κυριακαί.* Recensentur *σάββατα ιϛ* (16) et totidem *κυριακαί.* Primo loco haec leguntur: *Σαββ. $\overline{α}$ μετὰ τὴν πεντηκοστ. Μτ. κεφ. $\overline{λε}$. Κυρ. $\overline{α}$ τῶν ἁγίων πάντων καὶ τοῦ ἀποστόλου τιμοθέου Μτ. κεφ. $\overline{ϛγ}$.* Item extremo: *Σαββ. $\overline{ιϛ}$. τὸ αὐτὸ καὶ τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος θέκλης Μτ. κεφ. $\overline{σξη}$. Κυρ. $\overline{ιϛ}$. τὸ αὐτὸ καὶ εἰς τὴν μνήμην τῆς ἁγίας ἀναστασίας Μτ. κεφ. $\overline{ρνη}$.* Fol. I. verso sequuntur *τοῦ κατὰ λουκᾶν ἁγίου εὐαγγελίου τὰ σάββατα καὶ κυριακαί* [$\overline{ιϛ}$]; item fol. II. verso *τοῦ κατὰ μάρκον ἁγίου εὐαγγελίου τὰ σαββ. καὶ κυρ. ἀρχόμενα ἀπὸ τὸ $\overline{α}$ σαββ. τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς;* item fol. III. verso: *τὰ κατὰ ἰωάννην ἅγια εὐαγγέλια ἀρχόμενα ἀπὸ τὸ πάσχα;* item fol. V. recto: *εὐαγγέλια τῶν ἁγίων παθῶν* (duodecim), fol. eodem verso: *εὐαγγέλια τῶν ἡμερινῶν ἁγίων παθῶν* (quattuor) et *εὐαγγέλια ἀναστάσιμα* (undecim). Post haec menologium scriptum est, cuius dies festi multo sunt pauciores quam plurimorum similium. Primus ut solet mensis est Septembris, qui dies festos habet undecim: 1. (*εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου καὶ εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγ. συμεὼν τοῦ στυλίτου Μτ. $\overline{ιϛ}$*) 5. (*τοῦ προφ. ζαχαρίου καὶ εἰς λοιποὺς προφήτας Μτ. $\overline{σμ}$*) 8. 14. 15. 16. 20. 23. 24. 26. 30. Mense Octobri insigniuntur dies tertius (*τοῦ ἁγ. διονυσίου τοῦ ἀρεοπαγίτου*), sextus, decimus octavus, vigesimus quintus, vigesimus sextus; mense Nov. primus (*τῶν ἁγίων ἀναργύρων*), sextus (*τοῦ ἁγ. παύλου τοῦ ὁμολογ.*), [octavus? deest numerus] (*τοῦ ἁγ. ἀρχιστρατήγ. μιχαήλ*),

decimus tertius, 14. 16. 17. 21. [30? rursus deest numerus] τοῦ ἁγ. ἀποστ. ἀνδρέου; mense Dec. 4. 5. 6. 9. 25. 27; mense Januario 1. 6. 14. 16. 17. 18. 20. 25. 27; mense Februario 2. 3. 24; mense Martio 9. (τῶν ἁγίων μ̄ μαρτύρων) et 25; mense Aprili 23 et 25; mense Majo primus et octavus; mense Junio 14. 24. 29. (τῶν ἁγ. ἀποστόλων πέτρου καὶ παύλου); mense Julio 20 et 25. (τῶν ἁγίων καὶ δικαίων ἰωακεὶμ καὶ ἄννης); mense Augusto 6. (ἡ μεταμόρφωσις τοῦ σωτῆρος) 15. (ἡ κοίμησις τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου) 29. (ἡ ἀποτομὴ τοῦ προδρόμου). Porro indicantur quae legenda sunt εἰς μνήμην ἀποστόλου, εἰς μνήμην μαρτύρων, εἰς μνήμην ὁσίου, εἰς ἀσθενοῦντας, ἕτερον εἰς ἀσθενοῦντας, εἰς κοιμηθέντας, εἰς προφήτας. Denique indicantur εὐαγγέλια ἑωθινὰ ἀπὸ τῆς β̄ τῶν διακινησίμων [1]).

Fol. 9—14 habetur ἱππολύτου (cod. ἰππ.) θηβαίου ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ συντάγματος· περὶ γενεαλογίας τῆς ἁγίας θεοτόκου. Iste textus a recensionibus iis quas ediderunt Canisius, Gretserus, Schelstrate, Fabricius, Basnage [2]), tantopere differt ut viris doctis, quorum studia ab hoc litterarum genere non abhorrent, eo edendo toto gratum me facturum sperem. Illud quidem haud dubito quin, quae primum Hippolytus scripsisset, post alii vario modo retractaverint atque mutaverint. Hinc tanta textuum varietas est; atque hinc etiam est quod de aetate istius scriptoris in tam diversas sententias discedunt: passim enim immixta vel addita sunt quae ad recentiora tempora deducunt, cuiusmodi est quod ad Simeonem Metaphrasten provocatur in codice Bavarico, cf. Thesaur. monument. l. l. p. 39 sq., cuius auctoritatem contra Vaticanum defendit Basnage l. l. p. 29 sq. In nostro quidem codice pariter atque in Vaticano tota ea pars in qua Simeonis mentio fit deest, etsi inter hunc utrumque totius textus magna est dissimilitudo. Accedit tertius codex isque aetate ceteris omnibus majori, codex uncialis evangeliorum Parisiensis nr. 48. (evangeliorum M dictus), exeunte fere nono saeculo scriptus. In eo idem libellus absque Simeonis mentione legitur. Afferam passim inde quae cum nostro apte conferri queant. Ipse quidem titulus ibi sic habet: ἱππολύτου ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου διδασκαλία.

Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν μάγων παρουσίας ἔτη β̄ [3]). πρὸ τοῦ γεννηθῆναι γὰρ αὐτὸν ἐφάνη αὐτοῖς ὁ ἀστὴρ ἐν Περσίδι [4]), καθὼς φησιν (sic) ὁ Ἀφροδιτιανός [5]). καὶ ἀπὸ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσεως μέχρι τῆς τελευτῆς Ἡρώδου τοῦ υἱοῦ Ἀντιπάτρου ἔτη γ΄. ἐν Ἡλιουπόλει γὰρ τῇ κατὰ Μέμφιν (cod. -φην) παρῴκησεν ὁ κύριος σὺν Ἰωσὴφ

1) Haec scriptura (διακινησ. pro διακαινησ.) in libris mss. vulgatissima est.

2) In Gretseri opp. omn. legitur tom. XV. p. 426—432. additis notis p. 432 sq. Inprimis vero conferendus est Thesaurus monumentorum eccles. et histor. a Jac. Basnage editus, cuius volumine tertio duplex textus, et Vaticanus primum ab Em. Schelstrate editus et Bavaricus, una cum fragmentis aliunde decerptis pag. 20—40. legitur.

3) In codice numeri semper lineola transversa distincti sunt, ut β̄, π̄η̄.

4) Similiter Parisiensis πρὸ γὰρ τοῦ γενν. αὐτ. ἐφάνη ὁ ἀστ. τοῖς μάγοις· quae verba nec in Bavarico nec in Vaticano cod. scripta alibi reperisse se significat Basnage l. l. p. 34. Illud tamen ἐν Περσ. nostro codici peculiare videtur.

5) Sic cod. habet, sed videtur Ἀφροδισιανός legendum, quod nomen apud Epiphanium monachum legitur. Cf. Fabric. cod. apocr. N. T. I. p. 44.

τῷ μνήστορι καὶ Μαριὰμ τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἔτος α'[1]). μετὰ δὲ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἐπάνοδον αὐτῶν καὶ τῆς κατὰ Γαλιλαίαν οἰκήσεως αὐτῶν μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀρχελάου ἔτη (cod. ἔτος) κα'[2]). ἅμα γὰρ τοῦ τελευτῆσαι Ἀρχέλαον ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐτελεύτησεν καὶ Αὔγουστος ὁ καῖσαρ (cod. καίσ.) ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ζήσας τὰ πάντα αὐτοῦ ἔτη πη', βασιλεύσας ἔτη νς'. καὶ ἀπὸ τῆς τελευτῆς Ἀρχελάου τοῦ υἱοῦ Ἡρώδου τοῦ βρεφοκτόνου μέχρι τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπὸ Ἰωάννου βαπτίσματος ἔτη γ'. ὡς ὁμοῦ τὰ ἔτη τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν ἀφ' οὗ ἐγεννήθη ἕως τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ ἔτη λ'. ἐν τούτῳ τῷ λ' ἔτει ἦλθεν ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας· ἐν ᾧ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ. ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος μέχρι τῆς ἐν τῇ φρουρᾷ κατακλείσεως καὶ καρατομίας Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, ἣς ἔπραξεν Ἡρώδης ὁ νεώτερος υἱὸς Ἀρχελάου διὰ Ἡρωδιάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ, μῆνες η'. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἰωάννου μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους μῆνες κη', ὡς ὁμοῦ ἔτη λγ'[3]).

Ἰστέον τοίνυν ὅτι λ' ἔτη καὶ μῆνας ια' ἔζησεν ὁ βαπτιστής· τῶν λ' μὲν ἐλάττω ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις· τοὺς δὲ ἕνδεκα μῆνας βαπτίζων ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ κηρύσσων μετάνοιαν· καὶ μετὰ τοῦτο κατάκλειστος γενόμενος καὶ ἀποκτανθείς. οὕτω δὴ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν λ' μὲν ἔτη ἐν τοῖς παιδικοῖς αὐτοῦ χρόνοις διῆγεν· μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπελέξατο ἑαυτῷ τοὺς μαθητὰς κηρύσσων σὺν αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν μέχρι τῆς συμπληρώσεως τῶν εἰρημένων γ' ἐτῶν τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ πάθους. διὸ καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ κανόνες τῶν τ' δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων παρακελεύονται πρὸ λ' ἐτῶν μηδένα χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερον· ἀρκετὸν γάρ φησι τῷ μαθητῇ γενέσθαι ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ τῷ δούλῳ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ.

Ἀπὸ δὲ τοῦ σωτηρίου πάθους καὶ τῆς φρικτῆς ἀναλήψεως μέχρι τῆς λιθοβολίας τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἔτη ζ'. ἀπὸ δὲ τῆς μαρτυρίας τοῦ ἁγίου Στεφάνου μέχρι τοῦ ἐξ οὐρανοῦ φανέντος τῷ Σαύλῳ φωτὸς[4]) βαπτίσματός τε αὐτοῦ καὶ κηρύγματος, καὶ ἕως τῆς μεταστάσεως τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας ἔτη γ'. ὁμοῦ ἔτη μγ' ἥμισυ. ἔζησεν γὰρ τῇ ἀνθρωπότητι ἡ παναγία θεοτόκος ἔτη νθ'· εἰς μὲν τὸν ναὸν ἔτη ιδ', εἰς δὲ τὸν οἶκον τοῦ δικαίου Ἰωσὴφ μῆνας δ', καὶ εὐθέως εὐηγγελίσθη ὑπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριήλ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κε' τοῦ δεκεμβρίου μηνός[5]). ὁμοῦ ἔτη ιε' καὶ μὴν εἷς. ἔζησεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως ἔτη λγ'. καὶ μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἔζησε σὺν τοῖς μαθηταῖς εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ θεολόγου[6]) ἔτη ια'. ὁμοῦ γίνονται τὰ ἔτη τῆς ζωῆς αὐτῆς ἔτη νθ'.

1) Etiam Par. ἔτος ἕν habet. Apud Basnagium est ἔτη τρία ἡμέρας εἴκοσι, item in Vaticano ἔτη γ'.

2) Par. κδ', Vatic. ιθ', Basnagii cod. ἔτη ἐννέα ἡμέραι ἑπτακαίδεκα. Apud hunc legitur μετὰ δὲ τὴν ἐπάν. αὐτ. ἐπὶ τῆς οἰκήσεως αὐτῶν τῆς Γαλιλαίας, in Par. μετὰ δὲ την ἐπ. τῆς οἰκήσεως αὐτῶν εἰς τὴν Γαλ.

3) Haec multo aliter textus Par. habet, propius quidem ad Basnagii textum accedens; pergit enim post ἔτη λ' sic: ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ μέχρι τῆς Ζαχαρίου λιθοβολήσεως ἔτος ἕν· ἐν τῷ γὰρ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος λιθοβολήσαντες ἐκροτάφισαν (cod. ἐκκοτράφησαν) καὶ ἔρριψαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ. ἀπὸ δὲ τῆς λιθοβολίας Ζαχαρίου μέχρι τῆς Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τελευτῆς τῆς ὑπὸ Ἡρώδου τοῦ υἱοῦ Ἀρχελάου ἔτος ἓν ἥμισυ. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἰωάννου μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους μῆνας ἕξ.

4) Cod. Par. μέχρι τοῦ φανέντος αὐλου (sed Pauli nomen desideratur) φωτὸς μῆνας ἕξ. καὶ ἀπὸ τοῦ φανέντος αὐτῷ .... μέχρι τῆς ἀναλήψεως τῆς ἁγ. παρθ. Μαρ. ἔτη γ' ἥμισυ.

5) In Par. codice dies non indicatur; legitur enim τῷ δεκεμβρίῳ μηνί.

6) Par. cod. h. l. interposita habet μετὰ τὸ διασπαρῆναι τοὺς μαθητὰς εἰς τὰ κλίματα τοῦ κόσμου.

*Καθὼς**) *δὲ φησὶν* (hoc accentu codex) *ἐγκωμιάζει τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην Σωφρόνιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Ἱεροσολύμων. διδάσκει τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὅτι πατὴρ τοῦ Θεολόγου ὁ Ζεβεδαῖος ἦν, ἡ δὲ μήτηρ Σαλώμη, θυγάτηρ Ἰωσὴφ τοῦ μνηστευσαμένου τὴν ἁγίαν θεοτόκον. ὁ γὰρ Ἰωσὴφ τέσσαρας υἱοὺς ἔσχεν καὶ θυγατέρας τρεῖς· υἱοὺς μὲν Ἰάκωβον, Σίμωνα, Ἰούδαν καὶ Ἰωσῆ* (cod. Par. *Ἰωσήφ*)· *θυγατέρας δὲ τήν τε Ἐσθὴρ καὶ τὴν Μάρθαν καὶ τὴν Σαλώμην, ἥτις ἦν γυνὴ μὲν Ζεβεδαίου, μήτηρ δὲ Ἰωάννου· ἐντεῦθεν ὁ σωτὴρ θεῖος ἦν Ἰωάννου ὡς ἀδελφὸς τῆς Σαλώμης τῆς θυγατρὸς Ἰωσήφ. ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ὁ κύριος ἐβάπτισεν οἰκείαις χερσίν, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Ἰωάννης δὲ καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους. ὅτι πάντων φυγόντων μόνος Ἰωάννης ὁ ἠγαπημένος ἔν τε τῇ παραδόσει* (cod.-*δώσει*) *καὶ ἐν τῷ σταυρῷ παρέστη, καὶ εἰς τὸν τάφον τοῦ κυρίου πρῶτος τοῦ Πέτρου ἦλθεν, κἂν πρῶτος οὐκ εἰσῆλθεν· καὶ ὅτι τὴν ἁγίαν θεοτόκον εἰς τὰ ἴδια ἔλαβεν ὁ Θεολόγος· καὶ ὅτι ὄντως ἐπὶ γῆς τρεῖς μητέρας ἔσχηκεν, μίαν μὲν τὴν Σαλώμην, ἐξ ἧς καὶ γεγέννηται, δευτέραν δὲ ὅτι βροντῆς υἱὸς ἐχρημάτισεν παρὰ τοῦ κυρίου, τρίτην δὲ τὴν ἁγίαν Μαρίαν, κατὰ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου. ὅτι τὴν ἁγίαν θεοτόκον Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἐβάπτισαν· καὶ ὅτι μέχρι τῆς κοιμήσεως συνῆν αὐτῇ ὁ Θεολόγος, καὶ μετὰ τὴν αὐτῆς κοίμησιν ἦλθεν ἐν Ἐφέσῳ.*

Οὗτος δὲ ἐστὶν (ita codex) *Ἰωάννης, ὃν ἠγάπα ὁ κύριος, ὁ καὶ παρθένος, ὁ τὸ καθ' ἑαυτὸν εὐαγγέλιον συγγραψάμενος, ὅστις ἔμενεν ἐν Ἱεροσολύμοις εἰς τὴν λεγομένην ἁγίαν Σιὼν τὴν τῶν ἐκκλησιῶν μητέρα. ἐν αὐτῇ δὲ ἦν ἡ οἰκία αὐτοῦ. ἐκεῖ ἔφυγον οἱ ἀπόστολοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων· ἐκεῖ τοῖς μαθηταῖς ἐφάνη ὁ κύριος μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν τῶν θυρῶν κεκλεισμενῶν καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς πνεῦμα ἅγιον· ἐκεῖ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐπληροφόρησεν Θωμᾶν δείξας αὐτῷ τοὺς τύπους* (Par. *τὸν τύπον*) *τῶν ἥλων· ἐκεῖ ἡτοιμάσθη φαγεῖν τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ* (Par. *ἐκεῖ ἔφαγεν τὸν δεῖπνον τῇ ἁγίᾳ ε'*)*· ἐκεῖθεν ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν εἰς χωρίον Γεθσιμανῆ* (sic, Par. *Γεθσημανεί*)*· ἐκεῖ τὸ πρῶτον μυστήριον ἐτέλεσαν οἱ ἀπόστολοι, πρὸ πάντων ἐπίσκοπον χειροτονήσαντες Ἰάκωβον· οὐ τὸν υἱὸν Ζεβεδαίου τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγω, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα, τὸν καὶ υἱὸν τοῦ τέκτονος Ἰωσήφ. ὁ γὰρ Ἰάκωβος ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου υἱὸς μέν ἐστι Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς δὲ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐκ τῆς Ἰουδαίας· Ζεβεδαῖος δὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν ἰδιοναύκληρος λέγεται, τῶν δὲ ἐπισήμων ἀνδρῶν ὑπῆρχεν πρῶτος.*

Ὁ δὲ ὁ Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' αὐτὸν εὐαγγελίῳ περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὅτι ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος ἦν γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ, τοιαύτην ἔχει τὴν δήλωσιν. οὗτος γὰρ μετὰ τὴν τελευτὴν Ζεβεδαίου τοῦ ἰδίου πατρὸς ἀπέδοτο (cod. uterque-*δωτο*) *τὴν κατὰ Γαλιλαίαν κτῆσιν τοῦ ἐπιλαχόντος αὐτῷ ὑπὸ Ζεβεδαίου μέρους, καὶ ἐκτήσατο* (cod. uterque *ἐκτίσ.*) *ἐν Ἱεροσολύμοις* (Par. addit *ἕτερον κτῆμα·*) *ὅθεν γνωστὸς ἦν φησὶ τῷ ἀρχιερεῖ* (Par. addit *ἐκ τοῦ μένειν αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν*)*. οὗτος ἐδέξατο ἀπὸ τῆς σταυρώσεως τοῦ Χριστοῦ τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐν Σιὼν μέχρι τῆς* (Par. interponit *ἀναλήψεως αὐτῆς τοῦτ' ἔστιν τῆς*) *κοιμήσεως αὐτῆς. μετὰ δὲ τὴν κοίμησιν καὶ μετάστασιν αὐτῆς καὶ αὐτὸς ἐν*

*) Quae ab hoc inde loco usque *ἦλθεν ἐν Ἐφέσῳ* leguntur, ea omnia in reliquis codd. desunt, nisi quod fragmentum prioribus his (usque *τ. Σαλώμης τ. θυγ. Ἰωσήφ*) simile ex cod. Reg. „1296." in Monumentis apostolicis Cotelerius protulit, vide apud Basnagium l. l. p. 32.

τῇ Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας κηρύξας τὸν λόγον, ἐκεῖ ἀνελήφθη [1]).

Ἰάκωβος [2]) δὲ ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος πρῶτος ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἀδελφὸς μὲν τοῦ κυρίου κατὰ σάρκα λέγεται εἶναι, υἱὸς δὲ τοῦ τέκτονος Ἰωσήφ ἐστιν, ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικός, ἥτις καὶ αὐτὴ Σαλώμη προσηγορεύετο, τῆς θυγατρὸς Ἀγγαίου τοῦ ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, υἱοῦ Βαραχίου τοῦ υἱοῦ Ἀβιᾶ (sic) τοῦ ἱερέως. καὶ τότε ἐχήρευσεν Ἰωσήφ, ὡς εἶναι Σαλώμην καὶ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην ἀδελφῶν τέκνα ἀρσενικῶν. ὁ γὰρ Ἀγγαῖος υἱὸς Βαραχίου, θεῖος Ἰωάννου ἦν· ὁμοίως δὲ καὶ Ζαχαρίας ὁ ἱερεὺς ἀδελφὸς μὲν Ἀγγαίου ἦν, θεῖος δὲ Σαλώμης τῆς γυναικὸς Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος. Σαλώμην δὲ φημὶ (sic) οὐ τὴν μαίαν, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα τοῦ τέκτονος Ἰωσήφ. ἡ γὰρ μαία ἀπὸ Βηθλεὲμ ἐτύγχανεν, ἀνεψιὰ καὶ αὕτη (primum scriptum erat αὐτῇ) οὖσα τῆς Ἐλισάβετ καὶ τῆς παναγίας θεοτόκου, ὡς δηλοῖ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον, τό Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου. τρεῖς γὰρ ἦσαν ἀδελφαὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ θυγατέρες Ματθᾶν τοῦ ἱερέως καὶ Μαρίας τῆς αὐτοῦ γυναικός, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κλεοπάτρας καὶ Σώπαρος [3]) τοῦ Πέρσου καὶ Ἡρώδου τοῦ υἱοῦ Ἀντιπάτρου· ὄνομα τῇ πρώτῃ Μαριάμ, καὶ ὄνομα τῇ δευτέρᾳ Σοβή [4]), καὶ ὄνομα τῇ τρίτῃ Ἄννα. ἔγημεν δὲ ἡ πρώτη ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἔτεκεν Σαλώμην τὴν μαίαν· ἔγημεν δὲ καὶ ἡ δευτέρα ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἔτεκεν τὴν Ἐλισάβετ· ἔγημεν δὲ καὶ ἡ τρίτη εἰς γῆν τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἔτεκεν Μαρίαν τὴν θεοτόκον· ὡς εἶναι τήν τε Σαλώμην καὶ τὴν Ἐλισάβετ καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν θεοτόκον θυγατέρας ἀδελφῶν τριῶν θηλειῶν (cod. -λείων). ἐντεῦθεν οὖν ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης καὶ ὁ κύριος ἡμῶν ἀνεψιοὶ λέγονται εἶναι, ὁ μὲν κύριος τῆς Ἐλισάβετ, ὁ δὲ Ἰωάννης τῆς παναγίας θεοτόκου. υἱὸς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ λέγεται ὁ κύριος ἡμῶν, ἐπειδὴ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἀδελφός ἐστιν ἐκ τῆς συναναστροφῆς καὶ τῆς συγγενείας Ἀγγαίου τοῦ ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως.

Ἐπειδὴ [5]) δὲ πολλῶν Μαριῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φέρεται μνήμη εἶναι, τὰς πάσας γινώσκειν χρή, ἃς Ἰωάννης συλλήβδην ἠρίθμησε φήσας Εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή. Μαρίαν γὰρ τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς ὀνομασμένην τὴν θεοτόκον εἶναι καὶ οὐκ ἄλλην πεπιστεύκαμεν. καθάπερ γὰρ διὰ τὴν οἰκονομίαν καὶ τὸ ἐπισκιασθῆναι τὸν θεῖον τόκον καὶ μὴ φανε-

[1]) Par. sic: καὶ ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης κηρύξας τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ κεκοίμηται· καὶ οὐχ εὑρέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ τάφῳ.

[2]) Hunc de Jacobo et familia Josephi locum usque verba υἱὸς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ λέγεται ὁ κύρ. ἡμῶν (Ven. ὁ κύρ. ἐνομίζετο), etiam in cod. Veneto saeculi fere duodecimi, class. I. nr. 3. inveni. Consentit is magis cum Par. et Bavarico quam cum nostro. Incipit enim sic: Ἰάκωβος γενόμενος ἐπίσκοπος πρῶτος Ἱεροσολύμων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ἀδελφὸς μὲν τοῦ κυρίου κατὰ σάρκα ἐλέγετο εἶναι, υἱὸς δὲ τοῦ τέκτονος Ἰωσήφ, Ἰωσὴφ γὰρ ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικός, ἀδελφὸς Σίμωνος καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσῆ. τέσσαρας γὰρ υἱοὺς ἔσχεν ὁ Ἰωσὴφ καὶ δύο θυγατέρας, τήν τε Αἰσθὴρ καὶ τὴν Θάμαρ (Par. Ἐσθὴρ καὶ τὴν Μάρθαν, item Bav. et Vat., sed cf. Monum. l. l. p. 34.) ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Σαλώμης.

[3]) Ita codex noster; Par. Σωπάτρου, Bav. Σοπάτωρος. Ab his omnibus rursus differt Nicephorus II, 3. Venetus codex praeterit nomen, post Κλεοπάτρ. pergens πρὸ τῆς βασιλείας Ἡρώδου.

[4]) Par. Σομβῆ, Ven. Σοββί, Vat. Σωβῆ, Bav. Σομαί. Pro Μαριάμ ceteri Μαρία.

[5]) Ultima libelli verba in Par. sunt υἱὸς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ κύριος ὀνομάζετο (sic), ἐπειδὴ τῶν υἱῶν αὐτοῦ τῶν ἐκ τῆς πρώτης γυναικὸς ἀδελφὸς ἐνομίζετο. Similiter libellus finitur in Vat. codice. Longe vero aliter Bavaricus codex, qui pergit: Γεννᾶται τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησ. Χρ. ἐκ φυλῆς Ἰούδα etc. Vide apud Basnagium l. l. p. 38—40.

ρωθῆναι τοῖς μιαιφόνοις Ἰουδαίοις, παρ᾽ αὐτὸ τὸ μέλλειν ἐπὶ τὴν παστάδα ἄγεσθαι τὴν παρθένον ἐκ πνεύματος ἁγίου συλλαβεῖν ἀναγέγραπται, ὡς ἄνδρα ταύτης χρηματίσαι τὸν Ἰωσὴφ καὶ πατέρα τοῦ Ἰησοῦ, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦ Ἰωσῆ καὶ τοῦ Ἰακώβου παίδων ὄντων τοῦ τέκτονος Ἰωσὴφ παιδικὴν ἀγόντων ἡλικίαν ἐκ προηγησαμένων γάμων καὶ προτετελευτηκυίας γυναικὸς μήτηρ ἡ θεοτόκος προσηγορεύετό τε καὶ ὀνομάζετο. ταύτῃ τοι καὶ βλασφημοῦντες κατὰ τοῦ σωτῆρος ἔλεγον οἱ Ἰουδαῖοι Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρία καὶ οἱ ἀδελφοὶ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς καὶ Σίμων καὶ Ἰούδας; καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν Ἰωάννης καὶ παρὰ τὸν σταυρὸν ἑστῶσαν οἷα δὴ μετὰ παρρησίας θεολογῶν ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς μητέρα τοῦ Ἰησοῦ προσηγόρευσεν· οἱ δὲ πολλοὶ τῶν εὐαγγελιστῶν τὰ πολλὰ περὶ τὴν οἰκονομίαν ἀσχοληθέντες οἰκονομικῶς αὐτὴν μητέρα Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ προσηγόρευσαν. οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ πρῶτοι καὶ ἐπίσημοι παῖδες τοῦ Ἰωσήφ, τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου σαφῶς, ὅτι μετὰ ταύτης τῆς οἰκονομίας καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὑπονοίας ἀκινδύνως ἡ Μαρία τῷ σωτηρίῳ πάθει παρῆν. εἰ γὰρ παρθένος ἐπεγινώσκετο τοῖς πολλοῖς, ὑπὸ τῶν βασκάνων Ἰουδαίων ἀπώλετο ἄν. ἔστιν δὲ αὐτὴν παρὰ τοῖς εὐαγγελισταῖς καὶ τοῦ ἑνὸς μόνου τῶν παίδων τοῦ Ἰωσὴφ ὀνομασμένην εὑρεῖν Μαρίαν τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ. ὁ δὲ Μάρκος Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα αὐτὴν εἶπεν, ἐπείπερ ἦν ἄλλος Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ διὰ τοῦτο μέγας, ὅτι τοῖς δώδεκα ἀποστόλοις συνηρίθμετο· ὁ γὰρ μικρὸς οὐκ ἦν αὐτοῖς ἐναρίθμιος. Μαρία δὲ ἡ τοῦ Κλωπᾶ ἡ καὶ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου προσαγορευομένη εὑρίσκεται ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῶν ἑρμηνευσάντων μακαρίων καὶ ὀρθοδόξων πατέρων καὶ διδασκάλων οὕτως, ὅτι Κλωπᾶς καὶ ὁ δίκαιος Ἰωακεὶμ ἀδελφοὶ ὑπῆρχον γνήσιοι. τοῦ Κλωπᾶ οὖν γεγαμηκότος καὶ ἀτέκνου τελευτήσαντος ὁ Ἰωακεὶμ κατὰ τὸ τῶν Ἑβραίων ἔθος συνουσιάσας μετὰ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ γυναικὸς ἐγέννησεν τὴν Μαρίαν. ἔκτοτε οὖν καταλιπὼν αὐτὴν ἐμνηστεύσατο Ἄνναν τὴν θυγατέρα Ματθᾶν τοῦ ἱερέως, ἐξ ἧς ἐγέννησεν τὴν παναγίαν θεοτόκον. καλεῖται οὖν ἡ Μαρία τοῦ Κλωπᾶ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου, ὡς κατὰ φύσιν μὲν ἐξ Ἰωακεὶμ γεννηθεῖσα, κατὰ χάριν δὲ τοῦ Κλωπᾶ θυγάτηρ ἀκούουσα.

Pergam in describendo codice nostro. Fol. 15. recto sequitur *εὐσέβιος καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ἐν κυρίῳ χαίρειν.* In epistula ista aliter quam apud Lachmannum (N. T. ed. maj. I. p. 712 sq.) et plerosque haec leguntur: *ἐν ὧ ἕκαστος αὐτῶν περί τινων ἰδίως ἀνέγραψεν* pro *ἐν ᾧ περὶ τίνων ἕκαστ. αὐτ. ἰδ. ἀν.* Confirmat nostram lectionem, quae eadem in Parisiensi (evv. M) est, Hieronymus interpres: *in quibus* (ita etiam Par. *ἐν οἷς* pro *ἐν ᾧ*) *singuli de quibusdam proprie dixerunt. τῶν βιβλίων*, item Par., pro *τοῦ βιβλίου.* Etiam Hieronymus *librorum.* Illam vero „per minii distinctionem" (noster *πρόκειται διὰ κινναβάρεως*) Par. mutavit, habet enim *ὑποσημ. διὰ μέλανος ἔγκειται*, item infra *ἡ διὰ τοῦ μέλανος ὑποβάλλει.* Et noster et Par. *καὶ οὕτως μέχρι* absque *καθεξῆς*, *ἐπιστῆσαι* pro *ἐπιστῆναι*, *ὁπόσοι τε καὶ τίνες περὶ οὗ ζητεῖς εἰρήκασιν* pro *ὁπ. καὶ τίν. τὰ παραπλήσια εἰρ.*, denique *λέγοντας αὐτοὺς εὑρήσεις. ἔρρωσο ἐν κυρίῳ* pro *λέγ. εὑρ.* omissis reliquis. Praeterea in nostro *ἐπιστήσας τε καί* et *ἐπιζητ. δέ* pro *ἐπ. δὲ καί* et *ἐπιζ. τε.* In Par. vero initio epistulae *εἰσηγιοχώς* ad Boeotorum ut videtur modum pro *εἰσαγηοχώς* legitur.

Fol. 15. sequitur *πρόγραμμα εἰς τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. Τὰ τῆς νέας πάνσεπτα ταῦτα βιβλία ἐν*

ἑκάστῳ εὐαγγελιστῇ εἰς κεφάλαια καὶ τίτλους διαιροῦνται. καὶ τίτλοι μὲν καλοῦνται, ὡς ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον περὶ τῶν μάγων καὶ τῶν ἀναιρεθέντων παιδίων, ἐν δὲ τῷ κατὰ Μάρκον περὶ τοῦ δαιμονιζομένου καὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου. ἔχει δὲ ὁ μὲν ἅγιος Ματθ. τίτλους ξη', κεφάλαια τνε'· ὁ δὲ ἅγιος Μάρκ. τίτλους μη', κεφάλαια σλς'· ὁ δὲ ἅγιος Λουκ. τίτλ. πγ', κεφφ. τμη'· ὁ δὲ ἅγιος Ἰωάνν. τιτλ. ιθ', κεφφ. σλβ'. Porro separatim haec leguntur: *Εὐαγγέλιον τὸ θεῖον τοῦτο βιβλίον λέγεται, διότι κρίσεως ἀναίρεσιν καὶ ἁμαρτημάτων λύσιν, καὶ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν καὶ κληρονομίαν τῶν οὐρανῶν πᾶσιν εὐαγγελίζεται.* Pergitur fol. 15. verso *Ἰστέον ὅτι τὸ κατὰ Ματθ. εὐαγγέλιον μετὰ η' χρόνους τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἐγράφη, τὸ δὲ κατὰ Μάρκ. μετὰ ι' χρόνους, τὸ δὲ κατὰ Λουκ. μετὰ ιε' χρόνους, τὸ δὲ κατὰ Ἰω. μετὰ λβ' χρόνους ἐπὶ Δομετιανοῦ.* Sequuntur haec de Christi nominibus: *Χριστὸς εἴρηται, ἐπειδὴ σάρκα ἐνεδύσατο· Ἰησοῦς εἴρηται τὸ ὄνομα τῆς σαρκός· λόγος, ἐπειδὴ ἔκ τινος· υἱός, ἐπειδὴ ἐκ πατρός· μονογενής, ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου· θεός, ἐπειδὴ ποιητὴς καὶ βλέπων τὰ πάντα.* Denique subjicitur Maximi monachi de Christi *χιτώνιον* et *ἱμάτιον*.

Fol. 18—22 (23. vacuum est) sequuntur tabulae canonum Eusebii, pulchre et cum sumptu colorum aurique scriptae. Fol. 24 et seq. leguntur *τοῦ κατὰ ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου οἱ τίτλοι*, uncialibus litteris rubro exarati, inscriptione inaurata. Fol. 26. *στίχοι εἰς τὸν ἅγ. ματθαῖον τὸν ἀπόστ. καὶ εὐαγγελιστήν*: haec uncialibus litteris et auro, ipsi versus minusculis litteris rubro scripti sunt. Ceterum quo modo haec et similia in Matthaeo, eodem etiam in reliquis scripta sunt.

Τὸν ἐκ τελωνῶν θαύμασον θεηγόρον,
Εὐαγγελιστὴν πρῶτον ἐκλελεγμένον,
Ὀλέθριον λιπόντα κέρδος χρημάτων
Καὶ ζῶντα κερδάναντα τὸν θεὸν λόγον,
Καλῶς τελωνήσαντα καὶ σωτηρίας.
Ματθαῖος οὗτος, ὃς διδάσκων συγγράφων,
Ὡς ἐν σαγήνῃ τῇ θεοπλόκῳ βίβλῳ
Πλέκων τὰ θεῖα τοῦ κενωθέντος λόγου
Καὶ σάρκα προσλαβόντος ἐκ τῆς παρθένου,
Τῷ ζῶντι καὶ τρέφοντι τὰς ψυχὰς λόγῳ
Ζωγρεῖ πρὸς εὐσέβειαν ἀνθρώπων γένος.

Sequuntur *ἄλλοι*, quos edidit ex cod. Moscov. Matthaeius in ed. maj. N. T. vol. 1. pag. 9. et ipse ex codice Cahirensi protuli in annalibus litterarum Vindobonensibus 1845. Anzeige-Blatt pag. 38. Habent noster et Cahirensis: *Ματθαίου τόδε τ' οὖργον* (ita rectius noster et Cahir. pro *τόδε ἔργ.*) *ἀριστοπόνοιο τελώνου, Ὁ τόκον ἔγραψε* (ita noster et Cahir., Mosc. *ἔφρασε*) etc.

Interposita fol. 27. Matthaei evangelistae stantis et librum legentis imagine, fol. 28. incipit *εὐαγγέλιον ἅγιον κατὰ ματθαῖον.* Finitur Matthaei evangelium extremo folio quaternionis *κε'* subscriptis his: *εὐαγγ. κατ. Ματθ. στιχχ. ,βχ*, et *τὸ κατὰ Ματθ. εὐαγγ. ἐξεδόθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ μετὰ χρόνους ὀκτὼ τῆς τοῦ Χρ. ἀναλήψεως.* Ceterum per totum evangeliorum textum adscribuntur litteris rubris uncialibus numeri titulorum, item Ammonii et Eusebii numeri, item lectionum ecclesiasticarum initia. Sequitur *εὐαγγ. ἅγιον κατὰ μάρκον* praemissis 1) huius evangelii titulis 48; 2) duplici carmine; 3) imagine evangelistae stantis et apertum librum, in quo prima evangelii verba auro scripta sunt, manibus tenentis.

Versus alteri *Ὅσσα περὶ χριστοῖο* etc. iidem sunt quos Matthaeius ex Mosc. cod. l. l. vol. 2. p. 8. et ipse ex cod. Cahir. l. l. edidimus. Rectius in nostris est *ἐδίδασκεν* quam in Mosc. *ἐδίδαξεν*. Alteri vero sic habent:

Υἱὸν Πέτρου τὸν Μάρκον ἡ θεία χάρις
Τίθησιν ἄλλην ἀρραγεστάτην πέτραν
Κρηπῖδα καὶ σφραγῖδα τῆς ἐκκλησίας,
Εὐαγγελιστὴν δεύτερον θεηγόρον,
Ἐξ οὗ μυηθεὶς τῶν θεοπρεπεστάτων
Ἔργων Ἰησοῦ, σκέπτεται τὸ βιβλίον,
Υἱὸν θεοῦ τὸν Χριστὸν ἐκ προοιμίων
Λαμπρῶς διδάσκων καὶ σοφῶς ἀναγράφων.

Finitur Marci evangelium secundo folio quaternionis *θ'* subscriptis numero stichorum *,αχ*, et verbis his: *τὸ κατὰ Μάρκ. ἅγιον εὐαγγ. ἐξεδόθη μετὰ χρόνους δέκα τῆς Χρ. ἀναλήψεως*. Praemissis titulis 69, duplici carmine et imagine Lucae, quae simillima Marci est, sequitur *εὐαγγ. ἅγ. κατ. λουκ.* Versuum quos diximus alteri a Matthaeio l. l. vol. 3. p. 11. et a me l. l. editi sunt: differt *Ἀθανάτου*, Mosc. *Ἀθανάτοιο*, Cahir. idque melius *Ἀθάνατον*; item *ἐμίχθη* in nostro et Cahir. pro *ἐδείχθη* in Mosc. Alteri sunt:

Ζωῆς τὸν ἄρτον Χριστὸν ἠξιωμένος
Φαγεῖν, ταφῆς λάμψαντα τῆς τριημέρου,
Εὐαγγελιστὴς τυγχάνει Λουκᾶς τρίτος,
Ὡ Παῦλος αὐτὸς οὐρανὸν φθάσας τρίτον,
Καὶ τὴν ἄνωθεν τῶν ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον
Λόγων ἀκούσας ἐκμυεῖ θεωρίαν·
Οἵων ὁ Λουκᾶς εὐτυχεῖ διδασκάλων,
Οὕτως ἄνωθεν αὐτὸς ἠκριβωμένος,
Τὰ θεῖα θείως ἱστορεῖ δεδειγμένος,
Ῥήτωρ περίπνους, πάνσοφος θεηγόρος.

Evang. Lucae finitur fol. 1. quaternionis *λϛ'* notatis stichis *,βω*, et subscriptis *τὸ κατ. Λουκ. ἅγιον εὐαγγ. ἐξεδόθη μετὰ χρόνους ιε' τῆς Χρ. ἀναλήψεως*. Hoc excipiunt Johannis evangelii tituli 18, duo carmina et imago evangelistae sedentis et initium evangelii sui scribentis. Alterum carmen tribus versibus constans cf. apud Matthaeium l. l. vol. 4. p. 7. et apud me l. l. Et noster et Cahir. *Βροντῆς* habent, quod Matth. correxit *Βροντῆεις*; Cahir. *εὕρατο*, reliqui duo *εὕρετο*. Quartum versum nec noster nec Cahir. addit. Alterum sic habet:

Ὁ παρθένος τί; τὸν τεκόντα τὸν κάτω
Λιπών, τεκόντα τὸν θεὸν κτᾶται μόνον.
Ὡς παρθένος γὰρ πρὸς τὸν ἐκ τῆς παρθένου
Καλοῦντα Χριστὸν οἷα συγγενὴς τρέχει.
Ἐντεῦθεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ γνησίως
Πεσών, ἐκεῖθεν τὴν ἄβυσσον λαμβάνει
Τῆς γνώσεως καὶ πάντα πλουτεῖ τὸν κόσμον
Μυστηρίων ἄγνωστα καὶ τοῖς ἀγγέλοις.
Θεηγόρος τέταρτος οὖν Ἰωάννης
Εὐαγγελιστής, ἀλλ' ἐν ὕψει δογμάτων
Πρῶτος, μέγιστος, ἄκρος, ἀρχὴ καὶ τέλος.

Fol. 4. quaternionis *μα'* evangelio subscribitur *εὐαγγ. ἅγ. κατὰ Ἰωάννην στιχχ. ,βτ.* Restant folia duo, quorum priore, numero *ι'* (i. e. *κεφ. ι'*) praeposito, scriptum est Joh. 8, 3—11. *Ἄγουσι δὲ* usque *ἁμάρτανε*, addita hac subscriptione: *τὸ κατ. Ἰω. ἅγ. εὐαγγ. ἐξεδόθη μετὰ χρόνους λϛ' τῆς τοῦ Χρ. ἀναλήψεως ἐπὶ Δομετιανοῦ.* His vero omnibus prima manu scriptis praeposita sunt folio eo quod praecedit altera manu Joh. 7, 53—8, 2. (in margine *ἰδοὺ ὧδε·*) *Καὶ ἐπορεύθη* usque *ἐδίδ. αὐτούς*. Ultimo denique folio legitur *παρασημείωσις τοῦ ἁγ. ἐπιφανίου περὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγ.*, quae sic habet: *Εἰπέ μοι τὰ δ' εὐαγγέλια ποῦ ἐγράφησαν, καὶ τίς ὁ γράψας,*

καὶ τίνος ἀντίτυπον ἐγένοντο. Τὸ κατ. Μτ. ἐγράφη ἐν τῇ ἀνατολῇ ὑπὸ Μτ. ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ διαλέκτῳ· ἀντίτυπον ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου τῶν Χερουβίμ. Τὸ κα. Μάρκ. ἐγράφη ἐν τῇ Ῥώμῃ ὑπὸ Μάρκ. ἐν ὁμοιώματι μόσχου. Τὸ κα. Λουκ. ἐπιτρέψαντος τοῦ ἁγ. Πέτρου ἐγράφη εἰς ὁμοίωμα λέοντος. Τὸ κα. Ἰω. ἐγράφη ὑπὸ Ἰω. ἐν τῇ Πάτμῳ τῆς Κύπρου εἰς ὁμοίωμα ἀετοῦ ἐπὶ Δομετιανοῦ· ἐπανελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔγραψε τὴν δεκάλογον τοῦ εὐαγγελίου.

2) Ita etiam in Suida editum est; apud Joh. Lyd. et Codin. *ἐν τῷ Γουστείῳ*.

3) Ubique *ὀψοπωλίῳ* editum est.

4) Ita etiam Joh. Lyd. et Suidas; Codinus vero *εἰς τιμὴν τοῦ βασιλεύοντος κατὰ τὸν καιρόν.*

5) Iisdem prorsus verbis haec apud Joh. Lyd. leguntur excepta voce *νῦν*. Codinus *Αὐγουστεῶνα* habet. Suidas: *τὸν δὲ τοι. τόπ. οὕτως ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου.*

6) Pergit post *Αὐγούσταιον*: *ἔστησε δὲ καὶ ὁ μεγ. Κωνστ. εἰς τὸ ἄσκεπες* (sed codd. AB *ἄσκεπον*) *τ. Δάφν. στήλην* etc. Codinus pergit: *ἐν ᾧ καὶ στήλας ἔστησαν τοῦ μεγ. Κωνστ. καὶ τῆς αὐτοῦ μητρός, διὸ καὶ ἐπωνόμασε* etc.

7) Apud hunc conferri potest De magistr. I, 17. p. 134.

8) Ita ad verbum Codinus, nisi quod *Ἰάνου* pro *Ἰανουαρίου* habet. Apud Suidam praeposito titulo *Ἰανουάριος* legitur: *Ἄγαλμα τετραμ. διὰ τὰς τέσσ. τρ.*

9) Haec breviora apud Codinum in hunc modum leguntur: *ἕτεροι δὲ τῇ δεξ. χειρὶ κρατεῖν ψήφους* (*ψήφους* etiam Joh. Lyd. adponit) *τριακόσια, τῇ δὲ εὐωνύμῳ ἑξηκ. πέντε, ὡσανεὶ πατέρα τοῦ χρόνου.*

titulus apud Codinum est; apud Suidam est: *Ἀθηνᾶς ἄγαλμα δόρυ κρατεῖ*, et statim pergitur *διὰ τὸ στερρὸν* etc. Textus noster paucissimis ab utroque differt: *Τῆς δὲ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα δόρυ κρατεῖ παρὰ* (Suid. et Cod. *διὰ*) *τὸ στερρὸν καὶ ἀνδρεῖον· ὁμοίως καὶ ἀσπίδα παρὰ* (uterque rursus *διὰ*) *τὸ πᾶσαν ἐπιβουλὴν διὰ τῆς σοφίας ἀπωθεῖσθαι· ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῷ νῷ. καὶ περικεφαλαίαν διδόασιν αὐτῇ διὰ τὸ εἶναι τῆς σοφίας τὸ ἀκρότατον ἀθέατον, καὶ ἐλαίαν ὡς καθαρωτάτης οὐσίας οὔσης· φωτὸς γὰρ ὕλη ἡ ἐλαία· καὶ γοργόνα* (sic; Cod. editus *γόργονα*. Suid. *γοργόνην*) *διδόασιν ἐπὶ τοῦ στήθους αὐτῇ διὰ τὸ ταχὺ τοῦ νοῦ.*

Septimum caput inscribitur: *περὶ ἀγάλματος κρατοῦντος κιθάραν*. Idem titulus et caput apud Codinum habetur; Suidas sic: *Ἀπόλλωνος ἄγαλμα κιθάραν ἐπὶ χειρῶν ἔχον* (cod. A om.) *πλάττουσι. τοῦ ἀπόλλωνος ἄγαλμα οἱονεὶ* etc. Textus noster ita habet: *Κιθάραν ἐπὶ χειρῶν πλάττουσι τοῦ ἀπόλλωνος οἱονεὶ τὸν ἥλιον τὴν* (Codin. om.) *τοῦ παντὸς ἁρμονίαν· κιρνώμενος* (Codin. *κεράμενος*) *γὰρ τοῖς λοιποῖς ἄστρασι, καὶ τίκτει* (Suid. *κτίζει*) *καὶ ζωογονεῖ*[1]).

Octavum est: *περὶ ἀγάλματος τοῦ ἐν τῷ αὐγουστείῳ ἐφίππου κρατοῦντος σταυρὸν καὶ σφαῖραν.* Haec, quae apud Joh. Lyd. ut editus est non inveniuntur, pari fide apud Suidam et Codinum repetuntur. Scriptum est sic: *Κτίσας ὁ μακάριος* (Codin. om.) *Ἰουστινιανὸς*[2]) *τὴν ἁγίαν σοφίαν ἐκάθηρε* (Codin. *ἐκαθάρισε*) *τὴν αὐλὴν καὶ ἐμαρμάρωσεν αὐτὴν τὸ πρὶν* (Codin. *τὸ πρότερον*) *οὖσαν γουστεῖον* (ita etiam Codinus; Suid. *Αὐγουστεῖον*), *ὃ ἑρμηνεύεται* (pro his Codin. *ἤγουν*) *ὀρνιθοπωλεῖον* (Suid. et Codin. *-πώλιον*), *καὶ* (Codin. *διὸ*) *ἔστησεν τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα* (Codin. *στήλην*) *ἐπὶ κίονος ἔφιππον· καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπεπηγότος* (Suid. add. *τοῦ* sed id om. codd. AV) *σταυροῦ ἐν αὐτῇ καὶ ἐπισημαίνοντος* (Codin. om. *κ. ἐπ.*) *ὡς διὰ τῆς εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς* (Codin. add. *πάσης*) *ἐγκρατὴς γέγονεν* (Codin. *γεγονώς*). *σφαῖρα* (codex *-ραν*) *μὲν γὰρ* (Suid. et Codin. om.) *ἡ γῆ διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος· πίστεως* (Suid. et Cod. *πίστις*) *δὲ ὁ σταυρὸς διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα* (Cod. *πρ. σ.*) *θεόν. τὴν δὲ* (Cod. om.) *δεξιὰν χεῖρα ἀνατεταμένην ἔχει* (Suid. *ἔχων*) *κατὰ ἀνατολὰς στάσιν τῶν περσῶν σημαίνων, καὶ μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τῆς ῥωμαϊκῆς γῆς διὰ τῆς ἀνατάσεως καὶ ἀπώσεως τῆς χειρὸς* (Suid. *τῶν χειρῶν*) *βοῶν· στῆτε Πέρσαι καὶ μὴ πρόσω χωρεῖτε, οὐ γὰρ συνοίσει ὑμῖν.*

Sequitur nono loco: *περὶ ἀγάλματος ἔχοντος ψαλίδα χαλκῆν* (codex *-κῆν*, item infra). Haec ex Joh. Lydo nondum edita sunt; iisdem fere verbis redduntur a Codino, paullo liberius a Suida. *Τὴν ἥραν λέγουσιν εἶναι τὸν ἀέρα· καὶ ἐπεὶ*[3]) *ὁ ἀὴρ καθαίρει, ποιοῦσι τῆς ἥρας* (Codin. addit *τὸ*) *ἄγαλμα βαστάζον*[4]) *ψαλίδα χαλκῆν, ἀπὸ μεταφορᾶς ψαλίδος τῆς ἀποκειρούσης* (Codin. *τῆς ἄνω κειρούσης*) *τὰς τρίχας*[5]) *καὶ καθαρὸν ἀποδεικνυούσης τὸ σῶμα.*

Decimo loco legitur: *περὶ ἀγάλματος βαστάζοντος πύργους.* Exscripsit ista Suidas prioribus tantummodo mutatis; item accurate Codinus omissis paucis. Johannis Lydi nuper fragmentum editum est, ortum ex nostris ut videtur in brevius contractis. *Τὴν*

1) Apud Joh. Lyd. cf. p. 73. De mensib. IV, 38. – – *Κιθάρωνα ὠνόμασαν· ὅθεν Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον ὁ Λόγος τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν.*

2) Suidas: *Ἰουστινιανός. Οὗτος κτίσας* etc.

3) Suidas: *Ἥρα. Ὁ ἀὴρ. καὶ ἐπεὶ* etc.

4) Suid. *καθαίρ., τὸ εἴδωλον αὐτῆς ἀντιβαστάζει ψ. χ.*

5) Suid. *ἀπὸ μεταφ. τῆς κειρούσης ψαλ. τὰς τρ.*

δήμητρα (correctum est -τραν) οἱ παλαιοὶ τὴν γῆν λέγουσιν οἱονεὶ γήμητρα (Codin. καλοῦσι omissis οἱ. γήμ.)· καὶ ἐπεὶ[1]) ἕδρα πάσης πόλεως ἡ γῆ ἐστιν (sic) ὡς βαστάζουσα τὰς πόλεις, πλάττεται πυργοφόρος[2]).

Undecimo loco legitur: περὶ ἀγάλματος κτένα φέροντος, πολλάκις δὲ καὶ γένη ἔχοντος[3]). Haec satis accurate et Suidas et Codinus habent; editio Johannis Lydi non habet. Τῆς ἀφροδίτης τὸ[4]) ἄγαλμα πλάττουσι κτένα φέρον[5]), ἐπειδὴ συνέβη ποτὲ ταῖς τῶν ῥωμαίων γυναιξὶν κνησμὴν λοιμώδη (in codice δη omissum) γενέσθαι, καὶ ξυρουμένων πασῶν γεγόνασιν αὐταῖς οἱ κτένες ἀχρεῖοι· εὐξαμένας δὲ τῇ ἀφροδίτῃ ἀνατριχωθῆναι, τιμῆσαί τε αὐτὴν ἀγάλματι κτένα φέρουσαν[6]). πλάττουσι δὲ αὐτὴν[7]) καὶ γένειον ἔχουσαν (Codin. ἔχειν), ὅτι (Suid. διότι, codex διό) καὶ ἄρρενα καὶ θήλεα ἔχει ὄργανα[8]). αὐτὴν (Suid. ταύτην) γὰρ λέγουσι τὴν (Suid. et Cod. om.) ἔφορον γενέσεως παντός (Cod. τοῦ παντ., Suid. πάσης). καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος καὶ ἄνω (Cod. ὀσφ. τῆς ἄνωθεν) λέγουσιν αὐτὴν ἄρρενα, τὰ δὲ κάτω θήλεα (Suid. et Cod. -λειαν). πλάττουσι δὲ αὐτὴν καὶ ἔφιππον, ὅτι ὁ (Suid. et Cod. om.) αἰνείας (Suid. et Cod. -νέας) ὁ υἱὸς αὐτῆς πλεύσας μέχρι τῆς δύσεως, μετὰ τοῦτο ἵππῳ ἐπέβη, καὶ τὴν μητέρα ἐτίμησεν (Cod. -μήσατο) τοιούτῳ ἀγάλματι.

Sequitur duodecimo loco: περὶ ἀγάλματος βαστάζοντος ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλα γ' τοῦ ἡρακλέως. Τὸν Ἡρακλέα τὸν χρόνον λέγουσιν, ὅς ἐστι τριμερής· ἔαρ, θέρος, καὶ χειμών. Cum his cf. Suidae haec: Ἡρακλέους ἄγαλμα βαστάζον ἐν τῇ ἀρ. χ. μῆλα γ' διὰ τὸ, τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς κεκοσμῆσθαι αὐτόν. Item apud Joh. Lyd. De mensibus IV, 46. pag. 81. Ἡρακλῆς δὲ ὁ χρόνος παρὰ τῷ Νικομάχῳ εἴρηται-- καὶ ἄλλως δὲ τρία (μῆλα), ὅτι τριμερὴς ὁ χρόνος.

Tertium decimum caput est: περὶ ἀγάλματος τοῦ διὸς καθημένου γυμνὰ ἔχοντος τὰ ἄνω, τὰ δὲ κάτω ἐσκεπασμένα, κρατοῦντος ἐν τῇ εὐωνύμῳ σκῆπτρον τῇ δὲ δεξιᾷ ἀετόν. His gemina vide apud Suidam sub Ζεύς, et apud Codinum, apud quem caput inscribitur: περὶ ἀγ. τοῦ διός. Textus sic habet: Ἄγαλμα πλάττουσι τοῦ διὸς καθήμενον[9]), γυμνὰ ἔχον τὰ ἄνω (Cod. ἔχον τὰ μὲν ἄ. γ.), τὰ δὲ κάτω ἐσκεπασμένα. κρατεῖ (Suid. κρατοῦν) δὲ τῇ μὲν εὐωνύμῳ σκῆπτρον, τῇ δὲ δεξιᾷ (Suid. δεξ. δέ, cod. E δὲ δεξ.) ἀετὸν προτείνει (Suid. -τεῖνον). καὶ τὸ[10]) μὲν καθῆσθαι τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως αἰνίττεται, τὸ δὲ τὰ ἄνω γυμνὰ ἔχειν ὅτι φανερὸς[11]) τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσι· τὰ δὲ λοιπὰ σκέπεται (codex male σκέπτετ.) ὅτι (Suid. et Cod. διότι) τοῖς χαμαιζήλοις ὁ θεὸς ἄγνωστος. τὸ δὲ τῇ λαιᾷ σκῆπτρον κατέχειν σημαίνει (Cod. om.) τὸ ἐξουσιαστικόν. τὸ δὲ τῇ ἑτέρᾳ προ-

1) Suidas sic: Δημήτηρ ἐστὶν ἡ γῆ οἱονεὶ Γημήτηρ τις οὖσα· ἐπεὶ δὲ etc.

2) Johannis Lydi huc spectant haec: ὅτι ἡ Δημήτηρ πόλεώς ἐστι καταρκτική, οἱονεὶ ἡ Γῆ· ὅθεν καὶ πυργοφόρον αὐτὴν γράφουσι. Vide De mensibus III, 34. pag. 45.

3) Extrema: πολλάκις usque ἔχοντος, desunt apud Codinum.

4) Suidas sic: Ἀφροδίτη. Ταύτης τὸ etc.

5) Codinus: φέρει, omisso πλάττουσι.

6) Haec eodem modo apud Suidam leguntur; Codinus vero ἀγάλμασι κτένα φέρουσι.

7) πλ. δὲ αὐτὴν: haec in Suida male deesse iam observatum est.

8) Codinus: ἔτι δὲ καὶ ἄρρενος καὶ θηλείας ὄργανα.

9) Suidas sic: Ζεύς. Τοῦτον τὸ ἄγ. ἱστοροῦσι καθήμενον.

10) Pro τὸ μὲν et ter τὸ δὲ antiquissima manu τῷ μὲν, τῷ δὲ correctum est. Suid. et Cod. confirmant τὸ.

11) Antiquissima manu additum ἐστι.

τείνει αὐτὸν ὑποδηλοῖ (Suid. et Cod. *δηλοῖ*) *ὡς* (Cod. *ὅτι*) *τῶν ἀεροφόρων πνευμάτων κρατεῖ ὡς ὁ ἀετὸς τῶν μετεωρίων ὀρνέων*[1]).

Quartum decimum: *περὶ ἀγάλματος τῆς γῆς τύμπανον βαστάζοντος.* Cf. Suidam sub *Ἑστία* et Codin. pag. 15. nr. 31. *Ὅτι γυναῖκα* (codex *γυναικεία*) *πλάττουσι τὴν ἑστίαν διότι τὴν γῆν τύμπανον βαστάζουσαν*[2]), *ἐπειδὴ τοὺς ἀνέμους ἡ γῆ ὑφ' ἑαυτῆς* (Suid. et Cod. *-τὴν*) *συγκλείει.*

Quintum decimum est: *περὶ ἀγάλματος σελεύκου τοῦ νικάτορος κέρατα ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχοντος.* Apud Codinum omittitur in titulo *σελ. τ. νικ.* Suidas sub *Σέλευκος* sic incipit: *Οὗτος ἐπεκέκλητο Νικάτωρ, ὃς τῷ ἰδίῳ υἱῷ* etc. Scriptum est in nostro codice: *Περὶ ἀγάλματος* (Cod. *Τὸ δὲ ἄγ. τοῦ*) *σελεύκου τοῦ δι' ἀνδρείαν ὀνομασθέντος νικάτορος* (Codin. *Νικάτορος*) *τοῦ δόντος τῷ ἰδίῳ υἱῷ* (Cod. *τῷ υἱῷ αὐτοῦ*) *ἀντιόχῳ τὴν στρατονίκην τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐρασθέντι αὐτῆς καὶ διὰ τὸν πρὸς αὐτῆς* (Suid. et Codin. *πρ. αὐτὴν*) *ἔρωτα ἀσθενήσαντι καὶ ἐπικρυπτομένῳ, γνωσθέντι δὲ ὑπὸ ἐρασιστράτου τοῦ ἰατροῦ, φασὶ* (Suid. et Cod. *ἰατροῦ. φασὶ δὲ*) *συνόντα σέλευκον ἀλεξάνδρῳ τῷ μακεδόνι ταύρου θυομένου ἀποδράντα μόνον σέλευκον περιγενέσθαι αὐτοῦ τῶν κεράτων κρατήσαντα· καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἀγάλματι αὐτοῦ περιτιθέασι τῇ κεφαλῇ* (Suid. et Cod. *ἐν τῇ κεφ. περιτ.*) *κέρατα.*

Sextum decimum: *περὶ ἀγάλματος βαστάζοντος μάρσιππον τοῦ ἑρμοῦ.* Apud Codinum p. 15. est *περὶ ἀγ. Ἑρμοῦ β. μάρσιπον.* Apud Suidam vide sub *Ἑρμῆν*, inde a verbis *Λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ τοῦ κέρδους αἴτιον.* Noster textus sic: *Τοῦ κέρδους αἴτιον λέγουσι καὶ τῶν ἐμπορίων* (Cod. *καὶ ἐμπόρων*) *τὸν Ἑρμῆν· ὅθεν τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ἱστῶσι βαστάζον* (Cod. *-ζειν*) *μάρσιππον* (Suid. et Cod. *μάρσιπον*, codd. Suidae *-σιπος*). *ἀλλὰ καὶ οἱ φοίνικες τοὺς θεοὺς αὐτῶν πλάττουσιν ἐπιφέροντας βαλάντια* (adde *χρυσοῦ*), *ὡς τοῦ χρυσοῦ συμβόλου* (codex *-βούλου*) *ὄντος δυναστείας· οἱ δὲ ἕλληνες σιδηροφοροῦντας αὐτοὺς πλάττουσιν ὡς τοῖς ὅπλοις ὑποταττομένων τῶν ἀνθρώπων* (Codin. *ὑποταττομένους τὸ ἀνθρώπινον*).

Septimum decimum inscribitur: *περὶ αὐγούστου μηνός.* Eadem exscripsit Codinus; Suidas vero breviter sic: *Αὔγουστος ὁ καῖσαρ - - ἀφ' οὗ καὶ ὁ μὴν Αὔγουστος ἐπικέκληται.* In Joh. Lyd. cf. quae p. 171. sub *Αὔγουστος* nr. 72. leguntur. *Ὁ αὔγουστος ὁ ὀκταούιος* (Codin. *ὁ Ὀκταβιανὸς*) *αὐγούστῳ μηνὶ ὑπάτευσεν, καὶ ἐτίμησεν τὸν μῆνα* (Codin. *ἐτιμ. αὐτὸν*) *σεξτίλιον τὸ πρὶν λεγόμενον ὀνομάσας αὔγουστον. ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἐτελεύτησεν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ* (Cod. *τῇ ιθ' τοῦ μηνός*). *μηνὶ δὲ* (Cod. *τῷ δὲ*) *σεπτεμβρίῳ* (Codin. om. *μ*, item postea) *ἐγεννήθη εἰκάδι τρίτῃ* (Cod. *εἰς τὰς κγ'*), *καὶ τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ* (Cod. om.) *τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς* (Cod. om.) *ἀντώνιον ἐνίκησεν καὶ ἦρξατο τῆς μοναρχίας, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν ἀρχὴν ἰνδικτιῶνος* (Codin. *ἰνδίκτου*) *αὐτὸν* (Cod. om.) *ποιησάμενος ἤτοι ἀρχὴν χρόνου, ὅθεν ὁ σεπτέμβριος τετίμηται*[3]).

Duodevicesimum caput inscribitur: *περὶ αὐγούστου εὐτυχίας.* Eadem passim mutata

1) Ita etiam apud Suidam finitur. Codinus vero addit: [*ἀλλὰ καὶ πλάττουσιν αὐτὸν τρία μέλη ἐν τῇ χειρὶ βαστάζειν·*] *διὰ δὲ τῶν τριῶν μελῶν δηλοῖ τρία κλίματα κατέχειν τὴν πᾶσαν διακόσμησιν*: quae conferre iuvat cum decimo capite nostri codicis.

2) Suidas: *Ἑστία. Γυναῖκα πλάττουσι τὴν* etc. Codinus: *Τὴν γῆν λέγουσι Ἑστίαν, καὶ πλάττουσι αὐτὴν γυναῖκα τύμπανον* etc.

3) His extremis textus Codini in editione Imm. Bekkeri multo emendatior legitur quam apud Lambecium, ubi sic habet: *καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν ἀρχὴν ἰνδίκτου, τιμησάμενος αὐτὸν ἀρχὴν χρόνου, ὅθεν Σεπτέμβ. τέτακται.*

leguntur apud Codinum ed. Bekk. p. 55. (ed. Lambec. p. 30.). In nostro codice ita scriptum est: *Φησὶν ἱππικός δίων τε καί ἄλλοι οἱ τὰ ῥωμαϊκὰ ἱστορήσαντες*[1]) *ὡς ὁ καῖσαρ ἀπὸ νικοπόλεως πρὸς τὸ δυρράχιον περῶν*[2]), *μεγάλου κλύδωνος γενομένου, καὶ τοῦ κυβερνήτου ἐξαπορήσαντος, ἀγνοοῦντος ὡς*[3]) *τὸν καίσαρα φέρει· ἦν γὰρ κεκαλυμμένος τοῦ μὴ γνωρίζεσθαι· ἀνακαλυψάμενος εἶπεν πρὸς τὸν κυβερνήτην Ἴθι*[4]) *πρὸς τὸν κλύδωνα· καίσαρα φέρεις καὶ τὴν καίσαρος τύχην. ὁ δὲ ἀκούσας θαρρήσας ἐπέρασεν*[5]).

Undevicesimo loco legitur: *περὶ ἀγάλματος ἐν πέτρα τῆς ἀραβίας λίθου τετραγώνου ἀτυπώτου.* Exscripserunt Suidas et Codinus. *Θευσάρης θεὸς σέβεται παρ' αὐτοῖς ἤγουν θεὸς ἄρης· τόνδε γὰρ μάλιστα τιμῶσι*[6]) · *τὸ δὲ ἄγαλμα λίθος ἐστὶ μέγας τετράγωνος ἀτύπωτος, ὕψος ποδῶν τεσσάρων, εὖρος δύο, βάθος ἑνός*[7]) · *ἀνάκειται δὲ ἐπὶ βάσεως χρυσηλάτου. τούτῳ θύουσι καὶ τὸ αἷμα τῶν ἱερείων* (Cod. *τοῦ ἱερείου*) *προχέουσιν·* (Suid. addit *καί*) *τοῦτο αὐτοῖς ἐστιν ἡ σπονδή. ὁ δὲ οἶκος ἅπας ἐστι πολύχρυσος* (Cod. *ὁλόχρ.*) · *οἵ τε γὰρ τοῖχοι χρύσιοι* (Cod. *-σεοι*; Suid. om. *οἵ* usque *χρύσ.*) *καὶ τὰ* (Suid. om.) *ἀναθήματα πολλά ἐστιν* (Cod. *εἰσίν*, Suid. om.)[8]).

Vicesimum caput inscribitur *περὶ ἀνδρείας.* Non superest integrum; folium enim inter 6 et 7, ut nunc numeranda sunt, desideratur. Quum vero omnia capita reliqua 22 ita sint comparata ut cum similibus Suidae et Codini conferri queant, hoc unum in neutro habet quorsum referatur. Quae autem supersunt, ita habent: *Οἱ τάρχοι οὐ πόλεως ὄνομά ἐστιν ἀλλὰ τοῦ ἔθνους. ἡ δὲ πόλις ἡ προύχουσα ἐπὶ χρημοῦ τέ ἐστι χαλεποῦ, καθάπερ ἅπασαι διὰ τοὺς πολέμους ἦσαν τέως ἐπὶ κρημνῶν. τὸ δὲ ὄνομά ἐστιν αὐτῇ σύμφωνον φωνῇ τῇ λατίνῃ· γείτονες γάρ εἰσι, καὶ τὰ ὅμοια πάντα χρῆται τῇ ἰταλίᾳ γλώττῃ. δύναται μὲν βὴρ ἀνὴρ εἶναι, ὁ δὲ οὖνος εἷς. συὸς δὲ φασὶ χρῆμα θεόπεμπτον ἐπὶ λύμῃ τὴν* — —

Vicesimum primum est: *περὶ ἀγάλματος τοῦ ἑρμοῦ.* Cf. apud Suidam *Ἑρμῆν*, apud Codinum: *περὶ ἀγ. πτερωτοῦ Ἑρμοῦ* in ed. Lambec. p. 15; item Joh. Lyd. De mensib. IV, 52. ed. Bekk. p. 89. *Τὸν ἑρμῆν οἱ ἕλληνες καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων* (Cod. add. *Ῥωμαίων*) *κατὰ τὴν αὐτῶν πεπλασμένην θεολογίαν* (Cod. *μυθολογ.*) *υἱὸν διὸς λέγουσι καὶ μαίας*[9]) · *διὸς μὲν οἷον τοῦ νοῦ, μαίας δὲ τῆς φρονήσεως*[10]) · *ἐκ τοῦ γὰρ καὶ φρονήσεως ὁ λόγος γεννᾶται*[11]). *διὰ τοῦτο καὶ πτερωτὸν αὐτὸν ποιοῦσιν ὡς ταχύν· οὐδὲν γὰρ λόγου ταχύτερον*[12]). *ὅθεν καὶ ὅμηρος ἔφη ἔπεα πτερόεντα, καὶ ὡσεὶ*

[1]) Haec Codinus sic: *Λέγουσιν οἱ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἱστορήσαντες, Ἀππ. Δί. τε καὶ ἄλλ. τινὲς ἱστορικοί.*

[2]) Codinus: *ἀπὸ Νικ. εἰς τὸ Δυρρ. διαπερῶν.*

[3]) Cod. *ἀγν. δὲ ὅτι.*

[4]) Cod. *πρ. τὸν κυβερνοῦντα Πλάκου.*

[5]) Cod. *ὥστε τον κυβερνήτην ἐπιμελέστερον προσστῆναι καὶ τῆς τύχης ἀδούσης γαλήνην γενέσθαι καὶ διασωθῆναι.*

[6]) Suidas: *Θεὺς Ἄρης· τουτέστι θεὸς Ἄρης, ἐν Πέτρᾳ τῆς Ἀραβίας. σέβεται δὲ θεὸς Ἄρης παρ' αὐτοῖς· τόνδε γὰρ* etc. Codinus vero sic: *Θευσαρὴς θεὸς σέβεται, Ἄραβες δὲ μάλιστα τιμῶσι.*

[7]) Codinus *βάθ. ἕν;* antea Suid. et Cod. *δ'* et *β'*. Suidas vero omittit *βάθ. ἑνός.*

[8]) Codinus h. l. addit: *ἔστι δὲ τὸ ἄγαλμα ἐν Πέτρᾳ τῆς Ἀραβίας, καὶ αὐτοῦ σέβονται αὐτόν*, quibus ille ea expressit quae in nostro codice tituli loco scripta sunt.

[9]) Suidas: *Τοῦτον υἱὸν Διὸς λέγουσι καὶ Μαίας.* Codinus, exceptis quae indicavi, ad verbum consentit.

[10]) Suid. et Cod. *Μαίας, οἷον τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρ.*

[11]) Joh. Lyd. hucusque sic: *Εἰσὶ δὲ οἵ φασι Διὸς καὶ Μαίας τὸν Ἑρμῆν εἶναι ἀλληγορικῶς υἱόν, νοῦν μὲν εἶναι τὸν Δία, Μαῖαν δὲ τὴν φρόνησιν, παῖδα δὲ ἐξ ἀμφοῖν Ἑρμῆν λόγον αἰνιττόμενοι.*

[12]) Consentiunt ad verbum Suid. et Codinus; Joh. Lyd. sic: *ἔτι μὴν ὠκύτατον πεποίηται τοῦτον*

πτερὸν ἢ ἐπίσημα[1]). πάντων δὲ νεώτατον αὐτὸν ἐργάζονται διὰ τὸ μὴ γηράσκειν τὸν λόγον[2]). ἀλλὰ καὶ τετράγωνον αὐτὸν ποιοῦσι διὰ τὴν στερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου[3]).

Caput vicesimum secundum est: περὶ ἀγάλματος εὐγνωμοσύνης τῇ δεξιᾷ σκῆπτρον κατεχούσης, τῇ δὲ ἀριστερᾷ βιβλίον. Eadem sed passim mutata Codinus habet, cf. ed. Lambec. p. 15. Ἄγαλμα (Cod. Τὸ ἄγ.) τῆς εὐγνωμοσύνης τῇ δεξιᾷ (Cod. addit χειρὶ) σκῆπτρον κατέχει, ὡς ἰσχυούσης (Cod. ὡς ἀγχίνου οὔσης) τῆς εὐγνωμοσύνης, καὶ τῇ (Cod. τῇ δὲ) ἀριστερᾷ βιβλίον διὰ τὸ τὸν εὐγνώμονα δεῖσθαι ἀναμνήσεως, ἥτις διὰ βιβλίων (scriptum est -βλίον) γίνεται.

Vicesimum tertium est: περὶ ἀγάλματος πριάπου. Haec similiter et Suid. et Cod. habent. Τῇ δεξιᾷ σκῆπτρον κατέχοντος τὸ ἄγαλμα τοῦ πριάπου, τοῦ ὥρου παρ' (codex παρὸν) αἰγυπτίοις κεκλημένου (codex -νος), ἀνθρωποειδοῦς (Suid. -δὲς) ποιοῦσιν[4])· ἐν (Codin. om.) τῇ δεξιᾷ σκῆπτρον κατέχον, ὡσανεὶ[5]) παρ' αὐτοῦ φανεῖσαν (Codin. παρὰ τὸ φανῆναι) τὴν ξηρὰν καὶ τὴν θάλασσαν· ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κρατοῦν τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ ἐντεταμένον, ὅτι (Suid. διότι) τὰ κεκρυμμένα (Codin. κρυπτὰ) ἐν τῇ γῇ σπέρματα φανερὰ καθίστησι· τὰ δὲ πτερὰ τὴν ταχύτητα τῆς κινήσεως, τὸν δὲ κύκλον τοῦ δίσκου τὴν περιφέρειαν[6]). εἰς (codex εἰ) ταυτὸν γάρ ἐστι τῷ [ἡλίῳ τοῖς] αὐτὸν δοξάζουσιν[7]). Pergitur ita ut quae iam dicta sunt, breviter et concinne repetantur: ὡς γὰρ εἴρηται, ἀνθρωπόμορφον ἔχει ἄγαλμα, ἐν τῇ δεξιᾷ σκῆπτρον κατέχον, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ αὐτοῦ αἰδοῖον ἐντεταμένον, ἐπὶ δὲ τούτου πτερά· κατὰ μέσον δὲ τῶν πτερῶν δισκοειδὴς κύκλος. Cf. ad haec quae ex Codino adnotavimus.

B: folia septem membr. in 8°, inferioribus partibus ex madore detritis. Continent synaxarium saeculi fere tertii decimi, sed pauca sine difficultate legi possunt. Omnia fere per compendium scripta sunt.

C: folium unum membr. pulcherrimis litteris saeculi duodecimi atramentoque nigerrimo scriptum. Fragmentum est continui evangeliorum textus, continens Joh. 12, 35—13, 2. ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ usque εἰς τὴν καρδίαν ἰούδα σίμωνος ἰσκαριώτου. Differt a textu Elzeviriano quod 12, 40. legitur ἰάσομαι, v. 43. a prima manu ὑπὲρ pro ἤπερ, v. 47. ἀκούῃ τῶν ῥημ. καὶ μὴ πιστεύῃ, 13, 1. ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα.

D: folia duo membr. in 4°, quae videntur ad finem codicis quattuor evangeliorum posita fuisse: inest enim rubro scripta, saeculo ut videtur duodecimo, notitia impensae in

ταρσώσαντες πτεροῖς, τοῦ ὀξύτητα καὶ τάχος λόγου διὰ τῆς τοιᾶσδε τέχνης αἰνιττόμενοι.

1) Suid. et Cod. nil nisi: καὶ Ὅμηρος ἔπ. πτερ.; item Joh. Lyd. ὁ γοῦν ποιητὴς φησιν ἔπ. πτερ.

2) Eadem apud Suid. et Codinum. Similiter Joh. Lyd. πάντων δὲ νεώτατον εἰργάσαντο ἅτε δὴ μὴ γηράσκοντος τοῦ λόγου.

3) Rursus eadem apud Suid. et Cod. leguntur. Joh. Lyd. εἶτα δὲ τετραγώνῳ σχήματι Ἕλληνες ἀναπλάττουσι τοῦτον, τεκμήριον μέγιστον παρεχόμενοι λόγον εἶναι τοῦτον καὶ λόγον ἀληθῆ.

4) Suid. et Cod. Τὸ ἄγ. τοῦ Πρ. τοῦ Ὥρου παρ' Αἰγ. κεκλημένου (Cod. καλουμένου) ἀνθρ. (Cod. ἀνθρωπόμορφον) ποι.

5) ὡσανεὶ e Suida et Cod. scribendum videbatur pro βαλεῖ, quod in codice legitur.

6) τὰ δὲ etc.: ita etiam Suidas, post κινήσεως addito ex nonnullis codd. δηλοῖ. Codin. ἔχει δὲ καὶ πτερά, κατὰ μέσον δὲ τῶν πτερῶν δισκοειδεῖς κύκλους· τὰ μὲν πτερὰ διὰ τὴν ταχύτητα τῆς κινήσεως, τοὺς δὲ κύκλους διὰ τὴν τοῦ δίσκου περιφέρειαν.

7) Ita restituenda videbatur corrupta scriptura codicis. Suidas: ταυτὸν γὰρ τῷ ἡλίῳ δοξάζουσιν. Codin. ταυτὸν γὰρ εἶναι τῷ ἡλίῳ αὐτὸν δοξάζουσιν.

codicem eiusmodi factae. Quae notitia satis memorabilis est, nisi quod non satis liquet quem numum significet nota sexies repetita, neque alia prorsus clara sunt. Sed id alios dicturos spes est. Textus sic habet: *ἡ δὲ καταβληθεῖσα ἔξοδος εἰς τὸ τοιοῦτον ἅγιον τετραευάγγελον, ἔχει οὕτως· εἰς χαρτία ---*[1]) *δεκατρία· εἰς γράψιμον --- δεκαοκτώ· εἰς κεφαλαίωμα καὶ διὰ λαζουρίου ἄνοιγμα τῶν ἐξωμπλίων ------....*[2]) *εἰς χρύσωμα τῶν κεφαλαίων καὶ τῶν ἐπιγραφῶν τοῦ ἀρχοτελίου, φλωρία δεκαεπτά· ἰστῶντα, ἐξάγια δεκατέσσαρα, κο*^καὶ^ *ἐξ*[3])· *ἤτοι --- τριακοντατέσσαρα· εἰς μίσθωμα τοῦ χρυσογράφου --- ὀκτώ· εἰς στάχωμα --- ....*[4]). Ceterum quattuor versus facsimili expressimus tab. II. nr. XII. D.

E: folia quattuor chartacea form. 4. cum fragmentis musicis, saeculi fere decimi quinti vel sexti.

B. SYRIACA.

Cod. Tisch. XII. membranaceus foliorum 130 in 4° maiori. Est bilinguis, quavis pagina duabus columnis, altera Syriace, altera Arabice, scriptus. Continebat olim integra quattuor evangelia; etiamnum supersunt Marci et Lucae libri integri, item Matth. 17, 13—22, 3. (fol. 8. exeunte) 22, 24 (fol. 9.) usque finem evangelii; Joh. 1, 1—8, 58. 10, 41—11, 44. Bis erravit bibliopega in foliorum ordine, collocans Luc. 1, 11—5, 8. (fol. 69—78) post 5, 8—8, 52 (fol. 59—68), et Joh. 8, 41—8, 58 (fol. 130) post 10, 41—11, 44 (fol. 128 et seq.). Syrus textus idem est qui nomine Peschittho sive simplicis inclaruit, nec admodum ab edito differt; Arabicus sine dubio ex Syro translatus est: quae res propterea gravis est, quod nondum satis probari poterat fuisse olim inter Arabes qui evangelia ex Syro in linguam vernaculam transferret. Est textus iste Arabicus boni interpretis, Syriacum fideliter sed non cum improba anxietate reddentis, perraro paraphrasi utentis. Ad definiendam eius interpretationis aetatem facit quod in Luca potissimum et Marco Pharisaei dicuntur Mu'tazil; secta vero Mu'tazil dicta exeunte primo hegirae saeculo orta est. Item feria sexta, Graece *παρασκευή*, eo nomine exprimitur quo Muhamedi sectatores diem sacri conventus insignire consueverunt. Antiquitas ipsius codicis insignis est; videtur enim circa annum 1000. scriptus esse. Syra scriptura simillima est codici a Wisemano in Horis Syriacis facsimili expresso, qui quidem annum Christi 980. subscriptum habet; item autographo Eliae Nisibeni, quod a Frid. Aug. Rosen in Catalogo codd. Syriacorum Musei Britannici expressum in finem saeculi decimi incidit. In nostro quidem codice nulla litterarum forma deprehenditur quae sequioris aevi indicium sit, cuiusmodi Wisemanus l. l. p. 181. in suo codice invenisse sibi videbatur. Arabicus vero textus eiusdem cum Syro aetatis habendus est. Atramentum quidem in Arabica columna plerumque

[1]) Ubicumque has tres lineolas posuimus, in codice habetur ⳩ πρα (semel πρά).

[2]) Hoc loco deest numerus, spatio vacuo relicto.

[3]) Ita prorsus in codice est.

[4]) Hoc loco rursus deest numerus.

vividiorem colorem quam in Syriaca habet, sed id non valet ad diversitatem aetatis probandam; passim etiam vix est differentia, ut fol. 25 rect. verss. 9 et 10 ab imo, fol. 52 rect. vers. 12. ab imo, item foll. 34 recto, 39 recto, 45 recto, 58 verso, 59 recto, 62 recto; inprimis rubra interpunctio in utraque eiusdem prorsus coloris est. Arabica quoque scriptura eidem Eliae Nisibeni autographo perquam similis est atque omnino Gothanum Issthachri aliosque duodecimi saeculi codices antiquitate formarum superat.[1]) Utramque scripturam et Syriacam et Arabicam accurate repraesentandam curavimus tab. III. loco secundo. Desumptum est hoc specimen a folio 119. verso. Ceterum hic codex ex eodem monasterio Copto deserti Libyae petitus est, unde uberrima antiquissimorum codicum Syriacorum copia brevi post iter meum orientale Londinum advecta est.

Cod. Tisch. XIII. membranaceus foliorum 12 in 4° maiori. Sunt duo octonarum plagularum fasciculi, sed exteriores utriusque fasciculi plagulae i. e. prima et octava, nona et sedecima, dudum perierunt. Quae vero supersunt folia detrimentum inde ceperunt quod passim cum gypso, quo membrana circumlita est, ipsa scriptura resolvi ac delabi coepit, indeque legendi difficultatem habet. Quaevis pagina triginta tres lineas comprehendere solet, quaevis linea litteras fere triginta quinque habet. Litterae sunt ex earum genere quas Estrangelo vocant, similes inprimis iis quas ex antiquissimo[2]) evangeliorum codice Vaticano XII, dicto apud Assemanum Nitriensi I. (Bibl. Vatic. Catalog. p. I. tom. II. pag. 27 sqq.), Adlerus exscripsit N. T. verss. Syr. tab. I. Ad hoc litterarum genus accedunt alia remotissimae antiquitatis indicia, ut scriptio verborum continua; ut consonarum semivocalium, puncti diacritici, vocalium accentuumque raritas; ut quod ne librorum quidem initio novam lineam librarius orsus esse deprehenditur. Haec omnia coniuncta eiusmodi sunt ut aetatem codicis mille annos excedere haud improbabile sit[3]). Scripturae specimen dedimus tab. III. loco tertio, in quo observandum est, quicquid signorum non plene expressimus sed punctis tantum indicavimus, id vel

[1]) In his maxime secutus sum clarissimum Gildemeister, qui nuper studiose et subtiliter totum codicem examinavit. Qui ante eum examinaverat, parum sibi constitit: quum enim a. 1845. Syram scripturam ad decimum saeculum referendam dixisset, quattuor annis post adnumerari voluit recentissimis libris Estrangelo charactere scriptis. Addito ad hanc codicis descriptionem accurato scripturae specimine viris rei palaeographicae satis gnavis iudicandi utrum probabilius sit copiam fecimus.

[2]) Is codex, ut in subscriptione est, anno Christi 548. Edessae a fratre Mar Eusebio Aramaeo in usum coenobii S. Thomae exaratus est.

[3]) Collega cl. Tuch in commentatione de Lipsiensi codice Pentateuchi Syri manuscripto, programmate auctumnali anni 1849, hanc in rem dicit: „Quod attinet ad definiendam codicis aetatem firmiore quidem caremus fundamento, multis tamen ··· movemur ut librum istum saeculo X. haud inferiorem esse existimemus.“ Libellus iste, quem ipsi in describendo codice inprimis secuti sumus, tripartitam disputationem exhibet, sed nondum publicatae sunt nisi priores duae partes; ac prima quidem de scripturae varietate explicatur (p. 3—11), secunda de punctorum diacriticorum et vocalium usu (p. 11—19); tertia vero de accentuum ratione explicatum iri significatum est.

rubro vel subrubente atramento a correctore additum esse. Desumptum est a folio 4. verso. Continet autem codex noster librorum Genesis et Exodi partes has: Gen. 50, 7—Exod. 8, 22. 10, 19—18, 9. Inter Genesis et Exodi libros nullo intervallo distinctos interposita haec leguntur: „Absolutus est liber primus legis. Sequitur liber secundus, exodus filiorum Israel e terra Aegypti.“ Item carmen Mariae Exod. 15, 1. inscribitur: „Laudatio pro liberatione eorum.“ Sectiones tam maiores quam minores distinguuntur. Maiores in margine codicis indicantur duplici numero: altero enim libri Exodi, altero totius Pentateuchi sectiones numerantur. Ad Exod. 1, 1. positi sunt numeri XXXV et I, quorum ex priore apparet librum Genesis, ut in Syriacis codicibus fieri solet, sectionibus XXXIV absolutum esse. Exod. 3, 1. inchoatur altera Exodi et trigesima sexta Pentateuchi sectio; Exod. 4, 19. III. et XXXVII; Exod. 6, 10. IV. et XXXVIII; Exod. 8, 8. V. et XXXIX; Exod. 11, 1. VII. et XLI; Exod. 12, 31. VIII. et XLII; Exod. 14, 5. IX. et XLIII; Exod. 15, 22. X. et XLIV; Exod. 17, 1. XI. et XLV. In hac extrema sectione distinguuntur minores sectiones quinque ad 17, 5. 8. 14. 18, 1 et 5. Neque vero quae nunc in codice scripta inveniuntur omnia ab una eademque manu profecta sunt; sed multa maxime in punctis diacriticis inque vocalium et accentuum signis homo sequioris aevi supplevit; passim etiam suum textum antiquiori suprascripsit, ut Gen. 50, 15. Exod. 1, 11. Ipsum textum quum cl. Tuch conferret cum bibliis Polyglottis Londinensibus et emendatiore Leei editione, quae prodiit 1823, adhibitis insuper codicibus Pocockii et Usserii et Ephraemo, invenit inprimis inter nostrum codicem et Leei editionem de lectione convenire, consentiente plerumque ipso Hebraeo textu, ut Gen. 50, 8 et 13; Exod. 1, 12; 2, 11; 3, 17; 4, 5. 9 (bis). 23. Alia sat multa nostro codici peculiaria sunt, iisque passim solis Hebraea bene exprimi videntur, ut 2, 11. loco tertio; 3, 15; 5, 21. Fit etiam ut solus cum nostro codice Ephraemus faciat, ut 15, 15.

Cod. Tisch. XV. bombycinus foliorum 58 in 8°, ante plura certe saecula scriptus. Insunt hymni Nestorianorum litteris quas dicunt Nestorianis sive Chaldaeis exarati. Qui an et quatenus cum editis conveniant, nondum exploratum est. Specimen scripturae exhibuimus tab. III. loco quarto, desumptum a folio 14. recto.

Cod. Tisch. XVI. membranaceus, constans foliis 23, quorum nec forma nec ratio nec aetas eadem est, quinque codicum reliquiis. Fragmenta quae siglis ABC insignivimus antiquitate superant decem folia siglo E notata; omnium vero antiquissimum est folium unum D siglo notatum, quod quin annorum plus mille sit vix dubitari potest.

A: folia quattuor formae maioris, fragmenta commentarii allegorici mystici in canticum canticorum, ad caput quartum spectantia.

B: folia quattuor formae eiusdem, pars historiae hominis ethnici qui Nisibi urbe Mesopotamiae uxore Christiana in matrimonium ducta et ipse ad fidem Christi transibat.

C: folia quattuor formae maximae, ex evangeliorum codice qui versionis simplicis textum continebat decerpta. Sunt fragmenta evangelii Marci duo, alterum 6, 56—8, 2; alterum 8, 26—9, 27. Ipsam scripturam repraesentavimus tab. III. loco quinto. Inde apparebit quantam similitudinem habeat codicis evangeliorum Florentini Plut. I. 56. ab Adlero l. l. tab. II. expressi, teste epigraphe, suspectae illa quidem fidei, anno Christi 586. scripti, Adlero iudice certe antiquissimi.

D: folium unum maioris formae quavis pagina duplici columna antiquissimis litteris conscriptum. Scriptura prae ceteris similitudinem habet codicis ab Adlero tab. V. non ita quidem curiose exhibiti, cui annus Christi 752. adscriptus est. Curavimus scripturam facsimili exprimendam tab. III. loco quarto. Fragmentum est operis quo philosophia Aristotelis tradebatur, continens categorias novem, decima (κεῖσθαι) membranae lacuna deperdita. Interpres textum suum Graecum magna fide reddidit, ad eundem fere modum quo id fit in versione Novi Testamenti Charklensi. Ita τὸ πρός τι reddit hoc apud aliquid. Inveniuntur hoc uno folio multa quae ad supplenda lexica faciunt. Singularem vero gravitatem hoc fragmentum eo habet quod inter viros doctos nondum notum erat philosophiam Aristotelis etiam ad Syros transisse.

E: folia decem formae maximae, aliquot psalmis et precationibus litteris Syrorum vulgaribus saeculo fere tertio decimo conscripta.

Cod. Tisch. XVII., constans 64 foliis bombycinis formae maioris, sex codicum reliquiis. Sunt haec fragmenta omnia exceptis duobus foliis (c) argumenti liturgici, antiquitatis laude non prorsus destituta.

A: folia 11. Precationes liturgicae cum signis musicis.

B: folia 6. Precationes similes.

C: folia 2. Fragmentum homiliae de Iuda proditore habitae.

D: folia 2. Fragmentum canonis liturgici.

E: folia 11. Liturgica varia.

F: folia 32. Formulae liturgicae, precationes et lectiones biblicae diebus festis et sacris quotidianis praescriptae.

C. COPTICA.

Cod. Tisch. XVIII. bombycinus foliorum 155 formae maioris. Est lectionarium integrum Memphiticum Arabicum, scriptum anno martyrum 1166 i. e. anno Christi 1450.

Cod. Tisch. XIX. bombycinus foliorum 220 in 4°. Est psalmodia Memphitica Arabica integra. Textus Coptus insignis est multis formis Basmuricis.

Cod. Tisch. XX. bombycinus foliorum 156 in 12°. Missale quadragesimale Memphiticum Arabicum integrum.

Cod. Tisch. XXI. bombycinus foliorum 100 in 4° minori. Est liber piarum meditationum, Memphitice adiecta interpretatione Arabica scriptus. Prima folia et extrema desunt. Sed accedit fragmentum alius libri similis, foliorum 6 eiusdem formae.

Cod. Tisch. XXII. bombycinus foliorum 171 in 4°. Insunt liturgiae Basilii, Gregorii et Cyrilli et Memphitice et Arabice scriptae. Prima et extrema desiderantur.

Cod. Tisch. XXIII. bombycinus foliorum 144 in 8°. Psalmodia Memphitica recentiore aetate scripta.

Codd. Tisch. XXIV—XXIX. Sunt fragmenta membranacea varia, quorum magna pars remotissimae antiquitatis, i. e. sexti septimi octavi saeculi putanda est, collecta a me in monasterio Copto deserti Nitriensis, ubi cum innumeris fragmentis codicum bombycinorum et chartaceorum ad solum abiecta densoque pulvere conspersa tot per saecula iacuerant. Quamvis ex his fragmentis omnibus nihil fere totum restitui possit, tamen eo sunt pretiosiora quo rariores membranaceos codices Copticos esse constat.

Cod. Tisch. XXIV. membr. foliorum 50 formae maioris, ex parte maximae. Insunt fragmenta martyriorum tredecim cum fragmento vitae Mariae. A: martyrii S. Anatolii folia 2; B: martyrii S. Apa-Amun folium unum; C: martyrii S. Apa-Apoli folium unum; D: martyrii SS. Apa-Hor et Apa-Ambrosii folia 2; E: martyrii S. Apa-Krazon folia 2; F: martyrii S. Apa-Pizimi folium unum; G: martyrii S. Apa-Schenuti folia duo; H: martyrii S. Apa-Sergii folia duo; J: martyrii S. Justi folia octo; K: martyrii S. Macarii folia 13; L: martyrii S. Pachomii folia 2; M: martyrii SS. Paësi et Dorotheae folia 3; N: martyrii S. Thomae folia 9. Accedunt denique vitae Mariae folia duo.

Cod. Tisch. XXV. membr. Sunt folia et foliorum partes vel particulae triginta formae maioris, quae eiusdem de quo iam vidimus martyrologii fragmenta esse videntur; sed quorum vitam vel martyrium tradant nondum definire licuit.

Cod. Tisch. XXVI. membr. foliorum 32 in 4° maiori. Sunt fragmenta martyriorum septem. A: martyrii Abba-Macarii folia octo; B: martyrii Abba-Pimen et cuiusdam archiepiscopi folia quattuor; C: martyrii S. Gennii (ita videtur) folium unum; D: martyrii S. Jacobi folia tria; E: martyrii S. Johannis folia duo; F: martyrii S. Mariae coram praeside Macrino folium unum; G: martyrii S. Theodori Anatolii folia tredecim.

Cod. Tisch. XXVII. membr. Sunt folia vel foliorum partes tredecim in 4°, quibus quorum martyria scripta sint nondum liquet.

Cod. Tisch. XXVIII. membr. foliorum 14 forma maiori, quibus fragmenta continentur quinque haec: A: historiae resurrectionis Jesu Christi ex evangelio Marci 15, 45 sqq.; non superest nisi dimidia folii pars. B: 1 Regg. 21, 5 sqq. folium unum. C: historiae Eliae et Elisae ex 2. Regg. 2 folium unum. D: homiliarum Chrysostomi folia tria. E: excerpta ex Chrysostomo, Cyrillo, Gregorio Nazianzeno, Severo patriarcha, Epiphanio, Eusebio. Folia octo.

Cod. Tisch. XXIX. membr. foliorum 31 in 4⁰ et in 8⁰. A: folia 14 in 8⁰ cum lectionibus ecclesiasticis et precationibus quae certis anni diebus praescriptae sunt. B: folia 4 in 4⁰, fragmenta psalmodiae. C: folia 2 in 4⁰, fragmenta psalterii. D: folia undecim, fragmenta lectionum ecclesiasticarum.

Cod. Tisch. XXX. membr. foliorum 11 in 8⁰ maiori. Est pars psalterii. Folia singula iusto se ordine excipiunt.

D. ARABICA.

Cod. Tisch. XXXI. constans quattuor foliis membranaceis in 4⁰, quorum bina eiusdem codicis reliquiae sunt. Utrumque fragmentum summa antiquitate insigne est; alterum (A) enim collega clarissimus Fleischer noni fere saeculi esse existimat, alterum (B) an multo posterius sit dubitat. Pertinet illud (A) ad evangeliorum interpretationem lingua vulgi conscriptam needum inter viros doctos notam. Continetur his duobus foliis Matth. 10, 9—11, 4 et 14, 13—15, 2. Alterum vero foliorum par (B) notas ad evangelia isagogicas continet. 1) legitur posterior pars indicis capitum evangelii secundum Matthaeum. Cap. 22 incipit 21, 33; cap. 23: 22, 15; cap. 24: 23, 1; cap. 25: 24, 1; cap. 26: 26, 1; cap. 27: 26, 30; cap. 28: 26, 57 (?). 2) praeposita inscriptione: De Marco eiusque evangelio, leguntur plura quae traditiones apocryphas redolent. Ita Marcus Levita et quidem ex Aaronis familia ortus fuisse dicitur; postquam autem fidem Christi amplexus esset, dextrum sibi pollicem amputasse, ut ne amplius ad officium templi idoneus esset. Similiter quae de evangelio eius dicuntur apocrypham rationem habent, quemadmodum doctrina quaedam de λόγῳ in eo deprehenditur. Sequitur tertio loco index capitum evangelii Marci. Supersunt capita priora septem: 1. incipit ab 1, 1; 2. ab 1, 29; 3. ab 2, 23; 4. ab 3, 31; 5. ab 5, 21; 6. ab 6, 30; 7. ab 7, 24.*)

Cod. Tisch. XXXII. bombycinus foliorum 204 in 4⁰ maiori, saeculo fere decimo quinto scriptus. Codex integer est, continens historias apostolorum. Ordo singularum historiarum hic est: 1) Petrus; 2) Paulus; 3) vita Andreae; 4) Andreas et Bartholomaeus; 5) martyrium Andreae; 6) Jacobus Zebedaei; 7) apostolatus Johannis Zebedaei; 8) naenia

*) Clarissimus collega Fleischer de his duobus fragmentis exposuit in Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft 1854. pag. 585 sq. Ibi de scripturae ratione haec adnotavit. 1) de A: Die Schrift, etwa aus dem 9. Jahrh. nach Chr. ist ein sich erst aus dem Kûfi herausbildendes steifes Neschi, mit der mir sonst noch nirgends vorgekommenen Eigenthümlichkeit, dass, während der Punkt des ف, wie bei den Asiaten und Aegyptern, über dem Buchstaben steht, das ق durch einen Punkt unter dem Buchstaben bezeichnet wird, also die Gestalt des magrebinischen f hat. 2) de B: --- nach dem neuern Schriftcharakter, einem schon fast ganz ausgebildeten Neschi, jünger als das vorige, wiewohl die äusserst sparsame, zum Theil noch nicht richtig unterscheidende Setzung der diakritischen Punkte zu der neuern Gestalt der Consonantenfiguren gewissermassen ein Gegengewicht bildet. Bei den übrigens ganz asiatischen Schriftzügen ist der durchgängige Gebrauch des magrebinischen ب statt ف, und ف statt ق eine bemerkenswerthe Erscheinung.

in Johannem; 9) apostolatus Philippi; 10) martyrium Philippi; 11) apostolatus Bartholomaei eiusque martyrium; 12) apostolatus Thomae eiusque martyrium; 13) apostolatus Matthaei eiusque martyrium; 14) Jacobus Alphaei; 15) Judas; 16) Simon Cleophae; 17) Thaddaeus; 18) vita martyriumque Matthiae; 19) Jacobus qui dicitur frater domini, episcopus Hierosolymae; 20) Marcus; 21) Lucas; 22) vita S. Abanup. Accuratius hic codex nondum examinatus est, nec quaesitum quae ratio his narrationibus intercedat cum actis apostolorum inter Graecos et Latinos vulgatis.

Cod. Tisch. XXXIII. chartaceus foliorum 122 in 4° minori, saeculi fere decimi sexti, continens libellos tres: 1) martyrium S. Isidori cum filio Landaeo, matre Sophia et sorore Euphemia. 2) vitam vesiri Abiah. 3) vitam et mortem S. Antonii, patris omnium monachorum.

Cod. Tisch. XXXIV. bombycinus foliorum 166 in 4°, saeculi fere decimi sexti. Continet homilias ex Graeco ut videtur translatas.

Cod. Tisch. XXXV. bombycinus foliorum 128 in 4°, continens miracula et martyria. Codex non est integer, videturque eo qui praecedit posterior esse.

Cod. Tisch. XXXVI. tribus partibus constans. Prima est foliorum chartaceorum 8 in 4°, continens historiam S. patris Johannis, episcopi et eremitae monasterii S. Sabae, integram. Secunda eundem numerum foliorum habet, forma paullo minori. Est fragmentum breviarii ecclesiae Coptae. Tertia duobus foliis bombycinis formae maioris constat et historici argumenti est.

Cod. Tisch. XXXVII. bombycinus foliorum 17 formae maioris, saeculi fere decimi tertii. Sunt fragmenta codicis biblici duabus*) partibus compositi, quarum prior textum, altera commentarium continebat. Prior, cuius supersunt folia tredecim, comprehendisse videtur epistulas catholicas, actus apostolorum et Paulinas epistulas. Hunc singulorum librorum ordinem fuisse inde concluditur quod inter 1. Johannis et 1. Cor. 14. folia 70 collocata fuere: qui quidem foliorum numerus multo maior est quam quem epistula ad Romanos cum 1. Cor. 1—13. explere potuerit, quamquam ad actus apostolorum addendos vix satis esse videtur. Textus codicis in epistulis Pauli idem est quem Erpenius edidit; non idem vero in catholicis, nisi quod corrector ex libro simillimo ei quem Erpenius adhibuit, plerasque lectiones editas minio, item nonnullas atramento in margine adscripsit. Ibidem glossae aliquot et indicia librorum Veteris Testamenti in textu allatorum inveniuntur. Supersunt autem fragmenta haec: fol. 12—19. 1 Petr. fin. 2 Petr. tota. 1 Joh. 1, 1—4, 18; fol. 21. 1 Joh. 5, 19—fin. 2 Joh. 1—8; fol. 90. 1 Cor. 14, 16—38; fol. 100. 2 Cor. 7, 5—8, 7; fol. 104. 2 Cor. 11, 9—30; fol. 120. Eph. 6, 13—fin.

Quattuor commentarii folia numeris 21 et 22, 29 et 30 distincta sunt. Pertinent ad Rom. 1, 4—5, 14. et ad 2 Cor. 3, 6—Gal. 2, 11. Rationem is commentarius habuit hanc ut

*) Numerus 21. in his 17 foliis bis invenitur; semel enim in textu, semel in commentario positus est.

praemissa singulis epistulis commentatione isagogica (superest ad epistulam Galatis datam) locos difficiliores exegeticis notis illustraret, immixtis nullis, id quod in Arabe satis memorabile est, asceticis. Primo fragmento explicantur haec: 1, 4. *ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν* (dicit interpres Christum primum ita redisse in vitam ut non amplius moreretur; aliter id factum esse in iis quos prophetae primae legis et apostoli domini in vitam restituissent); 1, 7. *πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ* (haec coniungenda esse cum *Παῦλος* etc.); 1, 11. *ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα* etc. (postquam eorum fidem laudasset, dixisse Paulum impertiturum se ipsum iis esse donum eius cui fidem habuissent cognoscendi); 1, 13. *ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ* etc. (Paulum his respexisse ad fidem qua Romani iam a Petro imbuti fuissent); 1, 14. *βαρβάροις* (eo nomine significari ceteras gentes praeter Judaeos et Graecos). Hoc loco caput II. notatur; pergitur autem ad 1, 24. *παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς* etc. quibuscum coniunguntur quae 1, 26. in eundem sensum scripta sunt. Sequitur, notato capite IV, 2, 16. *ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ* etc. 2, 29. *περιτομὴ καρδίας* etc. (additur cap. V. sed correctum est IV; similiter igitur antea ex IV. videtur III. corrigendum fuisse.) 3, 1. *τίς ἡ ὠφέλεια* etc. In secundo folio pergitur ad 3, 2. *πολὺ κατὰ πάντα τρόπον* etc. 3, 3 sq. (*πᾶς* istud non ubique a scriptoribus sacris de plenitudine atque universitate dici, quemadmodum illa apud prophetam: Circumdederunt me omnes gentes et in nomine dei dispersi eos, non de omnibus gentibus accipienda esse constet); 3, 27. *ποῦ οὖν ἡ καύχησις* etc. (his verbis Judaeorum obiectionem ipsiusque responsum contineri, etc.) Incipit his altera secundi folii pagina. Commentatio vero isagogica in Pauli ad Galatas epistulam ita fere habet: Numerus capitum huius epistulae Coptice est . . . . . (ipse numerus desideratur), et numerus *ῥημάτων* 293. Scripsit eam Romae indeque per Titum discipulum suum ad Galatas misit. Caussa scribendi haec erat. Ipse eos ad fidem perduxerat iubens eos mandata Jesu Christi servare, missis factis quae lege Christiana abolita essent, ut sabbati religione, circumcisione etc. Jam vero ex Judaeochristianis prodierant primae legis vindices, iis qui e gentibus fidem amplexi erant mandata Pentateuchi observanda praecipientes. Qui quum ad Galatas venissent, de Paulo detraxerant, et ut fidem ab eo acceptam deponerent operam dederant, dicentes Paulum non ipsum Messiam vidisse nec ex numero discipulorum eius fuisse eumque ipsis invitis a circumcidendo prohibere atque esum carnium victimarum concedere. His similibusque sermonibus multos illi ad se traduxerant, proptereaque iam Paulus hanc scripsit epistulam, qua etc. In iis quae sequuntur commentator inter alia operam dat ut demonstret, Paulum in apostolis quos *τοὺς δοκοῦντας εἶναί τι* dicat nihil reprehendere: id enim clarum fieri verbis additis: *μή πως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον*. Nec magis reprehensionem Antiochiae Petro a Paulo inflictam agnoscit.

Cod. Tisch. XXXVIII. bombycinus foliorum 8 formae maioris, eiusdem cum cod. XXXVII. aetatis. Sunt fragmenta versionis epistularum Pauli e Copto factae aliunde nondum cognitae. Arabica saepe suprascripta habent Copta, passim etiam ubi nomina propria leguntur Graeca, quae et ipsa e libro Copto, ad quem interpretatio instituta est, exscripta

esse videntur. Continent haec octo folia: 1) fol. 39. 2 Cor. 3, 7—4, 16; 2) fol. 59 (?) Eph. 6, 8 usque finem; 3) fol. 63—68. Philipp. 3, 18 usque finem; porro epistulam ad Colossenses totam et 1 Thess. 1, 1—9. Adscribam collationem epistulae ad Colossenses a clarissimo Gildemeister ad editionem meam Novi Testamenti 1849. institutam mihique cum multis aliis quibus in hoc catalogo usus sum benevole communicatam. I, 1. confirmat Ἰησοῦ Χριστοῦ: v. 2. accurate exprimit Κολασσαῖς, ibidem addit καὶ κυρ. Ἰησ. Χριστοῦ: v. 3. habet πατρί sine καί: v. 4. exprimit ἣν ἔχετε: v. 6. omittit καί et habet καὶ αὐξανόμενον: v. 7. habet καθώς sine καί, ibidem ὑμῶν: v. 10. exprimit ὑμᾶς et εἰς τὴν ἐπίγν. vel ἐν τῇ ἐπιγνώσει: v. 12. habet τῷ πατρί et ἱκανώσαντι: v. 14. pro ἔχομεν habet *accepimus* (vide editionis meae commentarium); omittit διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ et habet καὶ τὴν ἄφεσιν: v. 20. δι' αὐτοῦ secundo loco non habet, confirmat ἐν τοῖς: v. 21. confirmat τῇ διανοίᾳ ὑμῶν et ἀποκατήλλαξεν: v. 22. habet ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ et θανάτου αὐτοῦ: v. 23. confirmat διάκονος: v. 24. pro νῦν habet *et ego nunc*; ibidem omittit μου: v. 25. omittit Παῦλος: v. 27. confirmat τί τὸ et τούτου: v. 28. omittit καὶ διδάσκ. πάντα ἄνθρ., ibidem habet Χριστῷ. II, 1. pro θέλω γάρ habet *et volo*, ibidem καὶ τῶν ἐν Ἱεραπ. non habet: v. 2. videtur interpres συμβιβασθέντων legisse; ibidem addit πατρὸς τοῦ Χριστοῦ: v. 4. pro τοῦτο δέ habet *et hoc*: v. 6. confirmat τ. Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον: v. 7. habet ἐν αὐτῷ ἐν εὐχαρ.: v. 9. confirmat σωματικῶς: v. 11. τῶν ἁμαρτιῶν non habet: v. 13. habet ὑμᾶς primo loco, item habet ὑμᾶς secundum, tum vero ἡμῖν et ἡμῶν: v. 16. confirmat ἢ βρώσει, item habet ἢ νουμηνίᾳ ἢ σαββάτοις: v. 17. confirmat ἅ: v. 18. omittit μή: v. 19. non addit Χριστόν. III, 4. habet ὑμῶν: v. 5. addit ὑμῶν: v. 6. confirmat ἅ, et addit ἐπὶ τ. υἱοὺς τ. ἀπειθείας: v. 8. confirmat τὰ πάντα vel simile quid; ibidem addit μὴ ἐκπορευέσθω: v. 11. ἄρσεν καὶ θῆλυ non addit; contra καί ex more linguae ubivis habet: v. 12. non exprimit οὖν, ibidem καί ante ἠγαπημένοι omittit: v. 13. confirmat Χριστός et ὑμῖν, praeterea in fine addit χαρίζετε: v. 14. confirmat τελειότητος: v. 15. habet Χριστοῦ et ἑνί: v. 16. habet θεοῦ pro Χριστοῦ, porro bis addit καί, tum confirmat ταῖς καρδίαις et θεῷ: v. 17. καί non omittit; tum habet κυρίου Ἰησ. Χριστοῦ et θεῷ πατρί: v. 18. addit ὑμῶν, item v. 19: v. 20. habet τῷ κυρίῳ et v. 22. κύριον: v. 23. habet *ac si faciatis domino*; ibidem omittit καί: v. 24. ὑμῶν non addit, ibidem habet τῷ κυρ. Χριστῷ: v. 25. habet γάρ, in fine non addit παρὰ τ. θεῷ. IV, 2. confirmat ἐν εὐχαρ.: v. 8. γνῷ et ὑμῶν: v. 9. τ. πιστ. καὶ ἀγαπ., ibidem non addit πραττόμενα: v. 10. confirmat δέξασθε: v. 12. habet Χριστοῦ Ἰησοῦ: v. 13. πόνον vel κόπον, non ζῆλον: v. 15. habet αὐτῶν: v. 16. καί tenet: v. 18. non habet ἀμήν. Subscriptum est: ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου καὶ Μάρκου. στίχχ. 312. κεφφ. 6. Epistula ad Ephesios subscriptum habet: ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικοῦ. στίχχ. 312. κεφφ. 6. Item epistula ad Philippenses: ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τιμοθέου καὶ Ἐπαφροδίτου.

E. GEORGIANA.

(Cum Armeniacis et Aethiopicis foliis aliquot.)

Cod. Tisch. XXXIX. membranaceus foliorum 55 in 4°, satis vetustus, continens magnam partem martyrologii ecclesiae Georgianae.

Cod. Tisch. XL. membranaceus foliorum septem et duorum dimidiorum formae maximae, singulari antiquitatis laude insignis. Inest historia Georgiana Arethae et sociorum eius.

Cod. Tisch. XLI. membranaceus foliorum duodecim in 4°, Georgianus. Duo folia psalmos continent. De reliquis decem, quae ad tres codices olim pertinebant, nondum liquet.

Cod. Tisch. XLII. membranaceus foliorum 15, quorum (A) 11 in 4° et quattuor (B) formae maximae sunt, Georgianus. A fragmentum liturgiae est, destinatae primae dominicae mensis Martis; B index est ad missale.

Cod. Tisch. XLIII. constans tredecim variis foliis membranaceis antiquissimis. Tria e psalterio Aethiopico decerpta continent psalmos quinque primos. Alia quattuor palimpsesta sunt, bis Armeniace scripta. De reliquis tria uncialem quandam scripturam Georgianam antiquissimam habent, altera tria Armeniacam.

F. CODICES HEBRAEORUM ARABICI.

Hi codices omnes in possessione Karaitarum Cairinensium erant, atque ipsi Karaitici sunt, exceptis coniectaneis talmudicis nr. 48. signatis. Scripti sunt Arabice litteris Hebraeis.*)

Cod. Tisch. XLIV. bombycinus foliorum 36 forma 8. minori, continens Midrasch quem vocant de Mose sive historiam de Mose apocrypham. Cui libello simillimus est quem nuper cl. Jellinek primum edidit Hebraice in altera parte libri cui titulum fecit: Bet ha-Midrasch (בית המדרש) pag. 1—11. Inde quod ab initio scriptum est: Nunc historiam Mosis incipiamus, concludendum videtur hanc historiam ad collectionem similium traditionum pertinuisse; sed videtur etiam ad usum synagogae destinata fuisse. Historiae initium fit a laude dei conscripta versibus quorum clausulae inter se consonant; tum relato Pharaonis somnio narratur Israelitarum ab interitu liberatio, item quae acciderunt Mosi ab infantia usque dum deus ipsi apparebat divinae legationis ad Pharaonem caussa. Praeterea refertur quomodo deus Mosi ostenderit caelos septem, inferos et paradisum; quae piorum et impiorum habitationes uberius describuntur una cum praemiis et poenis.[1])

*) Cf. supra pag. 14; ad eandem enim collectionem hi quoque libri pertinebant, sed sunt a me dono dati bibliothecae univers. Lips.

[1]) Accuratius de hoc libello exposuit Adolph Jellinek l. l. (vide supra p. 14.) pag. 360 sqq. Ibi afferuntur etiam tria narrationum singularum exempla ipso textu Arabico. Prima inscribitur: Moses puer prudens; altera: Baculum miracula edens; tertia: Mosis colloquium cum Metatron.

Cod. Tisch. XLV. chartaceus foliorum 86 forma 4. maiori. Est liber ritus Karaitici isque integer, nisi quod periit pars folii in medio libro positi.

Cod. Tisch. XLVI. Constat partibus tribus: **Prima** est foliorum 10 forma 8. minori, continens quae ad ritus mensis Ab pertinent. **Secunda** est folium unum cum precibus propheticis. **Tertia** est calendarium Karaiticum in plures annos (1792—1826) scriptum.

Cod. Tisch. XLVII. chartaceus foliorum 17 forma 4. minori. Fragmentum est operis de historia naturali. Insunt plura accuratiore studio digna.

Cod. Tisch. XLVIII. bombycinus foliorum 16 forma quarta, continens coniectanea talmudica nondum publicata.

G. PAPYRI.

Codices hi papyracei omnes quos numeris XLIX usque LIV. signavimus, a **Garofalo** natione Graeco in Aegypto superiore ex sepulchris protracti sunt, indeque post subitam Garofali mortem Cairinum advecti. Cairini mihi contigit ut acquirerem. Redux in patriam factus una cum fragmentis Graecis nr. LV. bibliothecae universitatis Lips. dono dedi. Fragmenta vero Graeca nr. LV. insignita maximam partem a **Mariette**, qui merito nuper Serapeo prope Memphin invento tantam nominis celebritatem nactus est, pro eximia sua erga me benevolentia dono mihi data sunt. Inventa erant prope Sakkaram.

αὐτὴν ἔθηκαν	ἔθηκαν αὐτὴν
ἐν ὑπερῴῳ	confirmat
38. Λύδδης	Λύδδας
μὴ ὀκνῆσαι	μὴ ὀκνήσῃς
ἕως αὐτῶν	ἕως ἡμῶν
40. ἔξω πάντας	confirmat
θεὶς	καὶ θεὶς
42. τῆς Ἰόππης	confirmat

Elz.	Cod.
πολλοὶ ἐπίστευσαν	ἐπίστευσαν πολλοὶ
δὲ ἡμ. ἱκαν. μεῖν. αὐτ.	δὲ αὐτὸν μεῖν. ἡμ. ἱκαν.
X.	
1. τις ἦν	τις
σπείρης	confirmat
τὸν θεὸν	τὸν κύριον
2. ποιῶν τε	ποιῶν
εἶδεν	confirmat
3. ὡσεὶ	ὡς περὶ
ἐννάτην	ἐνάτην
4. ἐνώπιον	ἔμπροσθεν
καὶ αἱ ἐλεημοσύναι	omittit αἱ
5. εἰς Ἰόππην ἄνδρας	ἄνδρας εἰς Ἰόππην
Σίμωνα	Σίμωνά τινα
ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος	confirmat
6. αὐτὸς λαλήσει σοι τί σε δεῖ ποιεῖν	omittit
7. τῷ Κορνηλίῳ	αὐτῷ
οἰκετῶν αὐτοῦ	οἰκετῶν
8. αὐτοῖς ἅπαντα	ἅπαντα αὐτοῖς
9. ἐκείνων bis	αὐτῶν bis
10. ἐπέπεσεν	ἐγένετο
11. καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν	καταβαῖνον
δεδεμένον καὶ καθιέμενον	confirmat
ἐπὶ τῆς γῆς	ἐπὶ τὴν γῆν
12. τῆς γῆς καὶ τὰ ἑρπ.	κ. ἑρπ. τῆς γῆς
τὰ τετράποδα καὶ τὰ θηρία	τὰ τετράποδα
τὰ πετεινὰ	πετεινὰ
14. κοινὸν ἢ	confirmat
15. ἐκαθάρισεν	ἐκαθέρισεν
16. καὶ πάλιν	καὶ εὐθὺς
17. καὶ ἰδοὺ	ἰδοὺ
ἀπὸ	ὑπὸ

[1]) Sed αὐτον ex αὐτου ipsa prima manu antequam accentus apponeretur correctum est.

Elz.	Cod.
Σίμωνος	*τοῦ Σίμωνος*
19. *ἐνθυμουμένου*	*διενθυμουμένου*
εἶπεν αὐτῷ τὸ πν.	*εἶπεν τὸ πν. αὐτῷ*
ἄνδρες τρεῖς	confirmat
ζητοῦσιν	*ζητοῦνταις* (sic)
20. *ὅτι ἐγώ*	omittit *ἐγώ*
21. *Πέτρος*	confirmat
τοὺς ἀπεστ. ἀπὸ τ. Κορν. πρ. αὐτόν	omittit
22. *εἶπον*	*εἶπαν*
23. *ὁ Πέτρος*	*ἀναστὰς*
τῆς Ἰόππης	*Ἰώππης* (sic)
24. *καὶ τῇ*	*τῇ δὲ*
εἰσῆλθον	*εἰσῆλθεν*
συγγενεῖς αὐτοῦ	*συγγενεῖς*
25. *εἰσελθεῖν*	*τοῦ εἰσελθεῖν*
26. *αὐτὸν ἤγειρεν*	*ἤγειρεν αὐτὸν*
κἀγὼ αὐτὸς	*καὶ ἐγὼ αὐτὸς*
28. *καὶ ἐμοὶ*	*καί μοι*
ὁ Θεὸς ἔδειξεν	confirmat
29. *ἀναντιῤῥήτως*	*ἀναντιρήτως*
30. *νηστεύων καὶ*	omittit
ἐννάτην ὥραν	*ἐνάτην*
32. *ὃς παραγενόμ. λαλήσει σοι*	omittit
33. *παραγενόμενος*	*παραγενάμενος*
ὑπὸ τοῦ Θεοῦ	*ὑπὸ Θεοῦ*
34. *τὸ στόμα*	confirmat
36. *ὃν ἀπέστειλεν*	*ἀπέστειλεν*
37. *ἀρξάμενον*	confirmat
38. *Ναζαρέτ*	confirmat
39. *ἡμεῖς ἐσμεν*	*ἡμεῖς*
ὃν	*ὃν καὶ*
ἀνεῖλον	*ἀνεῖλαν*
42. *αὐτὸς*	confirmat
44. *ἐπέπεσεν*	confirmat

Elz.	Cod.
45. *ὅσοι*	confirmat
τοῦ ἁγίου πνεύματος	confirmat
46. *ὁ Πέτρος*	*Πέτρος*
47. *κωλῦσαι δύναταί τις*	*δύνατ. κωλ. τις*
καθὼς	*ὡς*
48. *τε*	*δὲ*
βαπτισθ. ἐν τῷ ὀνόμ. τοῦ κυρίου	*ἐν τῷ ονόμ. τ. κυρ. Ἰησοῦ Χριστοῦ* (sed ** om. *Ἰησ. Χρ.*) *βαπτισθ.*

XI.

Elz.	Cod.
2. *καὶ ὅτε*	*ὅτε δὲ*
Ἱεροσόλυμα	*Ἱερουσαλὴμ*
3. *πρὸς ἄνδρ. ἀκροβ. ἔχοντ. εἰσῆλθες*	*εἰσῆλθες πρ. ἄνδρ. ἀκροβ. ἔχοντ.*
4. *ὁ Πέτρος*	*Πέτρος*
5. *καταβαῖνον σκεῦός τι*	*σκεῦός τι καταβαίνων* (sic)
ἄχρις	confirmat
7. *ἤκουσα δὲ*	*ἤκουσα δὲ καὶ*
8. *πᾶν κοινὸν*	*κοινὸν* (item post *κοινον.* similiterque alibi)
9. *ἀπεκρίθη δέ μοι*	*ἀπεκρίθη δὲ*
φωνὴ ἐκ δευτέρου	confirmat
ἐκαθάρισεν	*ἐκαθέρισεν*
10. *πάλιν ἀνεσπάσθη*	*ἀνεσπάσθη πάλιν*
12. *μοι τὸ πνεῦμα*	*τὸ πνεῦμά μοι*
αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενον	*αὐτοῖς μηδὲν διακρίναντα*
13. *τε*	*δὲ*
εἰπόντα αὐτῷ	*εἰπόντα*
Ἰόππην ἄνδρας	*Ἰόππην*
16. *κυρίου*	*τοῦ κυρίου*
17. *ἐγὼ δὲ τίς*	*ἐγὼ* (sic)
18. *ἐδόξαζον*	*ἐδόξασαν*
ἄρα γε	*ἄρα*
ἔδωκεν εἰς ζωὴν	*εἰς ζωὴν ἔδωκεν*
19. *ἐπὶ Στεφάνῳ*	confirmat

Elz.	Cod.
20. εἰσελθόντες	ἐλθόντες
ἐλάλουν	ἐλάλουν καὶ
Ἑλληνιστὰς	confirmat
21. πιστεύσας	ὁ πιστεύσας
22. τῆς ἐν	τῆς οὔσης ἐν
Ἱεροσολύμοις	Ἱερουσαλὴμ
διελθεῖν	omittit
25. εἰς Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας	confirmat
εὑρὼν αὐτὸν	εὑρὼν
ἤγαγεν αὐτὸν	ἤγαγεν
26. αὐτοὺς	αὐτοῖς
αὐτοῖς ἐνιαυτὸν	confirmat
28. ἐσήμανεν	confirmat
μέγαν	μεγάλην
ὅστις καὶ ἐγένετο	ἥτις ἐγένετο
Κλαυδίου Καίσαρος	Κλαυδίου
29. ηὐπορεῖτο	confirmat
XII.	
1. Ἡρώδης ὁ βασ.	ὁ βασ. Ἡρώδης
2. μαχαίρᾳ	μαχαίρῃ
3. καὶ ἰδὼν	ἰδὼν δὲ
ἡμέραι	αἱ ἡμέραι
5. ἐκτενὴς	ἐκτενεῖς (sic)
γινομένη	γενομένη
ὑπὲρ	περὶ
6. ἔμελλεν	ἤμελλεν
αὐτὸν προάγειν	προαγαγεῖν αὐτὸν
7. ἐξέπεσον	ἐξέπεσαν
8. τε	confirmat
περίζωσαι	ζῶσαι
οὕτως	οὕτως
9. ἠκολούθει αὐτῷ	ἠκολούθει
γινόμενον	γενόμενον
διὰ τοῦ ἀγγ.	confirmat
10. διελθόντες δὲ	διελθόντες
ἦλθον	confirmat
ἠνοίχθη	ἠνοίγη
εἰς τὴν πόλιν	ἐπὶ τὴν πόλιν
11. γενόμ. ἐν ἑαυτῷ	ἐν ἑαυτ. γενόμ.
ἐξείλετο	ἐξείλατο
12. συνιδών τε	συνιδὼν δὲ
Μαρίας	τῆς Μαρίας
13. τοῦ Πέτρου	αὐτοῦ
15. εἶπον	εἶπαν
ἔλεγον	confirmat
ὁ ἄγγ. αὐτ. ἐστ.	confirmat
16. εἶδον	confirmat
17. διηγήσατο αὐτοῖς	διηγήσατο
αὐτὸν ἐξήγαγεν	ἐξήγαγεν αὐτὸν
δὲ	τε
19. τὴν Καισάρειαν	Καισάρειαν
21. καὶ καθίσας	καθίσας
23. τὴν δόξαν	confirmat
25. ἐξ Ἱερουσαλὴμ	εἰς Ἱερουσαλὴμ
καὶ Ἰωάννην	confirmat
ἐπικληθέντα	ἐπικαλούμενον
XIII.	
1. ἦσαν δέ τινες	ἦσαν δὲ
2. τόν τε	confirmat
τὸν Σαῦλον	Σαῦλον (librarius scripturus erat τὸν ante Σαῦλον, sed antequam absolvisset delevit.)
4. οὗτοι μὲν οὖν	αὐτοὶ μὲν
τοῦ πνεύμ. τοῦ ἁγ.	τοῦ ἁγίου πνεύματ.
τὴν Σελ. et τὴν Κύπρ.	bis om. τήν
τε	δὲ
5. κατήγγελλον	κατήγγελον
6. τὴν νῆσον	ὅλην τὴν νῆσον
τινά	ἄνδρα τινά
Βαριησοῦς	Βαριησοὺν (hoc acc.)
8. οὕτως	οὗτος

Elz.	Cod.
9. καὶ ἀτενίσας	ἀτενίσας
11. τοῦ κυρίου	κυρίου
δὲ	τε
ἐπέπεσεν	ἔπεσεν
13. τὸν Παῦλον	Παῦλον
14. εἰσελθόντες	ἐλθόντες
15. εἰ	εἴ τις
λόγος ἐν ὑμῖν	ἐν ὑμῖν λόγος
17. τούτου Ἰσραὴλ	confirmat
Αἰγύπτῳ	Αἰγύπτου
18. ἐτροποφόρησεν	confirmat
19. καὶ καθελὼν	καθελὼν
κατεκληροδότησεν	κατεκληρονόμησεν
αὐτοῖς τὴν γῆν	τὴν γῆν
20. κ. μετὰ ταῦτα ὡς ἔτ. τετρ. κ. πεντ. ἔδωκ.	ὡς ἔτ. τετρ. κ. πεντ. καὶ μετ. ταῦτα ἔδωκεν
τοῦ προφήτου	προφήτου
21. βασιλέα	βασιλέαν
Βενιαμὶν	Βενιαμεῖμ (sic)
τεσσαράκοντα	μ̄
22. αὐτοῖς τὸν Δα.	confirmat
23. ἤγειρε τῷ Ἰσραὴλ	ἤγαγεν
σωτῆρα Ἰησοῦν	confirmat
24. παντὶ τῷ λαῷ Ἰσρ.	confirmat
25. ὁ Ἰωάννης	Ἰωάννης
τίνα με	τί μαι (sic)
26. ἐν ὑμῖν	ἐν ἡμῖν
ὑμῖν ὁ λόγος	ἡμῖν ὁ λόγος
ἀπεστάλη	ἐξαπεστάλη
27. ἐν Ἱερουσαλὴμ	Ἱερουσαλὴμ
29. ἐτέλεσαν	confirmat
ἅπαντα	πάντα
31. οἵτινές εἰσιν	οἵτινες νῦν εἰσὶ
32. αὐτῶν ἡμῖν	confirmat
33. ἐν ψαλμῷ τῷ δευτ. γέγρ.	ἐν ψαλμ. γέγρ. τῷ δευτ.
35. διό	* διότι, ** διό
37. ὁ θεὸς ἤγειρεν	ἤγειρεν
39. καὶ ἀπὸ	confirmat
τῷ νόμῳ	om. τῷ
41. ἐγὼ ἐργάζομαι	ἐργάζομαι ἐγὼ
ἔργον ᾧ	ἔργον ὃ
42. ἐκ τῆς συναγωγ. τῶν Ἰουδαίων	αὐτῶν
παρεκάλουν τὰ ἔθνη	παρεκάλουν
43. προσλαλοῦντες αὐτοῖς	confirmat
ἔπειθον αὐτοὺς	ἔπειθον αὐτοῖς
ἐπιμένειν	προσμένειν
44. δὲ	confirmat
ἐρχομένῳ	confirmat
τοῦ θεοῦ	τοῦ κυρίου
45. ἰδόντες δὲ	ἰδόντες
λεγομένοις	λαλουμένοις
ἀντιλέγοντες καὶ	omittit
46. δὲ	τε
εἶπον	εἶπαν
ἐπειδὴ δὲ	ἐπεὶ δὲ
47. ἐντέταλται	ἐντέλλεται
48. τοῦ κυρίου	confirmat
50. παρώτρυναν	παρώξυναν
γυναῖκας καὶ τὰς	γυναῖκας τὰς
τὸν Βαρνάβαν	Βαρνάβαν
51. τῶν ποδῶν αὐτῶν	τῶν ποδῶν
52. οἱ δὲ	confirmat
XIV.	
2. ἀπειθοῦντες	ἀπειθήσαντες
3. καὶ διδόντι	καὶ διδόντος
7. ἦσαν εὐαγγελιζ.	εὐαγγελιζ. ἦσαν
8. αὐτοῦ ὑπάρχων	αὐτοῦ
περιεπεπατήκει	περιεπάτησεν
9. ἤκουε	ἤκουσεν
πίστιν ἔχει	ἔχει πίστιν
10. τῇ φωνῇ	φωνῇ

Elz.	Cod.
ἀνάστηθι	confirmat
ἥλλετο	ἥλατο
11. δὲ	confirmat
ὁ Παῦλος	confirmat
Λυκαονιστὶ	Λυκαονιστί
12. τὸν μὲν	τὸν
Δία	Δίαν
13. ὁ δὲ	τότε ὁ
πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν	πρὸ (scriptum est προ) τῶν πυλῶν τῆς πόλεως
ἤθελεν	ἤθελον
14. αὐτῶν	confirmat
εἰσεπήδησαν	ἐξεπήδησαν
15. τὸν θεὸν τὸν ζῶντα	θεὸν ζῶντα
17. καίτοιγε	* καίτοι, ** καίτοιγε
ἑαυτὸν	confirmat
ἀγαθοποιῶν	ἀγαθουργῶν
οὐρανόθεν ἡμῖν	οὐρανόθεν (scriptum est ουνοθεν)
ὑετοὺς διδοὺς	διδοὺς ὑετούς
18. 19. αὐτοῖς. ἐπῆλθον δὲ	αὐτοῖς, ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων ἐπῆλθαν
19. καὶ πείσαντες τοὺς ὄχλους	καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παρρησίᾳ ἀνέπεισαν τοὺς ὄχλους ἀποστῆναι ἀπ' αὐτῶν, λέγοντες ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν ἀλλ' ἅπαντα ψεύδονται
ἔσυρον	confirmat
νομίσαντες	νομίζοντες
τεθνάναι	τεθνηκέναι
20. αὐτὸν τῶν μαθ.	τῶν μαθ. αὐτόν
21. εὐαγγελισάμενοι	confirmat
καὶ Ἰκόν. κ. Ἀντιόχ.	κ. εἰς Ἰκόν. κ. εἰς Ἀντ.

Elz.	Cod.
22. ἐμμένειν	ἐνμένειν
23. πρεσβυτ. κατ' ἐκκλ.	κατ' ἐκκλ. πρεσβ.
25. ἐν Πέργῃ	εἰς τὴν Πέργην
τὸν λόγον	τὸν λόγον τοῦ κυρίου
27. συναγαγόντες	συνάγοντες
ἀνήγγειλαν	ἀνήγγελον
28. διέτριβον δὲ ἐκεῖ	διέτριβον δὲ
οὐκ ὀλίγον	ὀλίγον
XV.	
1. περιτέμνησθε	περιτμηθῆτε
Μωυσέως	τῷ Μωυσέως
2. γεν. οὖν	γεν. δὲ
καὶ συζητήσεως	καὶ ζητήσεως
3. διήρχ. τὴν	διήρχ. τήν τε
4. Ἱερουσαλὴμ	Ἱεροσόλυμα
ἀπεδέχθησαν	παρεδέχθησαν
ὑπὸ τῆς ἐκκλ.	ἀπὸ τῆς ἐκκλ.
ὁ θεὸς ἐπ. μετ' αὐτ.	ἐπ. μετ' αὐτῶν ὁ θεός
6. δὲ	τε
7. δὲ συζητήσεως	τε ζητήσεως
ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελ.	ἐν ὑμῖν ἐξελ. ὁ θεός
8. δοὺς αὐτοῖς	δούς
9. οὐδὲν	confirmat
11. κυρίου	τοῦ κυρίου
Ἰησοῦ Χριστοῦ	Ἰησοῦ
12. ἐξηγουμένων	ἐξηγουμένου
14. ἐπὶ τῷ ὀνόματι	τῷ ὀνόματι
17. ταῦτα πάντα	ταῦτα
18. γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ	γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος
20. ἀλλὰ	ἀλλ'
ἀπὸ τῶν	τῶν
καὶ τοῦ πνικτοῦ	καὶ πνικτοῦ
τοῦ αἵματος	αἵματος
22. τῷ Παύλῳ	confirmat

Elz.	Cod.
ἐπικαλούμενον	καλούμενον
Βαρσαβᾶν	Βαρσαββᾶν (hoc acc.)
23. διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε	confirmat
καὶ οἱ ἀδελφοὶ	ἀδελφοὶ
24. λέγοντες περιτέμνεσθ.	
καὶ τηρ. τὸν νόμον	omittit
διεστειλάμεθα	διαστειλάμεθα
25. ἐκλεξαμένους	ἐκλεξαμένοις
28. τῷ ἁγίῳ πνεύμ.	τῷ πνεύμ. τῷ ἁγίῳ
τῶν ἐπάναγκ. τούτων	τούτων τῶν ἐπάναγκ.
29. καὶ πνικτοῦ	καὶ πνικτῶν
30. ἦλθον	κατῆλθον
32. Ἰούδας δὲ	Ἰούδ. τε
ἐπεστήριξαν	confirmat
33. ἀποστόλους	ἀποστείλαντας αὐτούς
36. Παῦλ. πρὸς Βαρν.	πρὸς Βαρν. Παῦλ.
τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν	τοὺς ’δελφοὺς
πᾶσαν πόλιν	confirmat
37. ἐβουλεύσατο	ἐβούλετο
τὸν Ἰωάννην	καὶ τὸν Ἰωάννην
καλούμενον	ἐπικαλούμενον
38. συμπαραλαβεῖν	συμπαραλαμβάνειν
39. ἐγένετο οὖν	ἐγένετο δὲ
40. τοῦ θεοῦ	τοῦ κυρίου
XVI.	
1. καὶ Λύστραν	καὶ εἰς Λύστραν
γυναικός τινος	γυναικὸς
3. ἅπαντες	confirmat
τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην	ὅτι Ἕλλην ὁ πατὴρ αὐτοῦ
4. παρεδίδουν	παρεδίδοσαν
τῶν πρεσβυτέρων	πρεσβυτέρων
Ἱερουσαλὴμ	Ἱεροσολύμοις
5. αἱ μὲν οὖν ἐκκλ.	αἱ μὲν οὖν αἱ ἐκκλ.
6. διελθόντες	διῆλθον
τὴν Γαλατικὴν	Γαλατικὴν

Elz.	Cod.
7. ἐλθόντες	ἐλθόντες δὲ
κατὰ τὴν	εἰς τὴν
πορεύεσθαι	πορευθῆναι
τὸ πνεῦμα	*τὸ πν. Ἰησοῦ, ** om. Ἰησ.
8. Τρῳάδα	Τρωάδαν
9. διὰ τῆς	confirmat
ὤφθη τῷ Παύλῳ	τ. Παύλ. ὤφθη
ἀνήρ τις ἦν Μακεδὼν	ἀνὴρ Μακ. τις ἦν
παρακαλῶν	καὶ παρακαλῶν
10. εἰς τὴν	εἰς
ὁ κύριος	ὁ θεὸς
11. ἀναχθέντες οὖν	ἀναχθέντες δὲ
ἀπὸ τῆς	ἀπὸ
τῇ τε	τῇ δὲ
12. ἐκεῖθέν τε	κἀκεῖθεν
τῆς Μακεδονίας	Μακεδονίας
κολωνία	κολώνεια (sed corr. est κολώνια)
ταύτῃ τῇ	confirmat
13. πόλεως	πύλης
οὐ ἐνομίζετο προσευχὴ	ἐνομίζομεν προσευχὴν (omisso οὐ)
15. μείνατε	μένετε
16. εἰς	εἰς τὴν
πύθωνος	πύθωνα
ἀπαντῆσαι	ὑπαντῆσαι
17. κατακολουθήσασα	παρακολουθήσασα
ἡμῖν ὁδὸν	ὑμῖν ὁδὸν
18. ὁ Παῦλος	confirmat
παραγγέλλω	παραγγέλω (hoc. acc.)
19. τὸν Σίλαν	confirmat
20. εἶπον	εἶπαν
22. περιῤῥήξαντες	περιρήξαντες
23. τε	δὲ
24. εἰληφὼς	λαβὼν
26. ἀνεῴχθησάν τε	ἠνοίχθησαν δὲ

Elz.	Cod.
27. μάχαιραν	* τὴν μάχαιραν, ** omittit τὴν
ἔμελλεν	ἤμελλεν
28. σεαυτῷ κακόν	σεαυτὸν κακόν
29. τῷ Σίλᾳ	confirmat
30. προαγαγὼν	προσαγαγὼν
31. εἶπον	εἶπαν
Ἰησοῦν Χριστὸν	Ἰησοῦν
32. σὺν πᾶσιν	συμπᾶσι (sic)
34. οἶκον αὐτοῦ	οἶκον
ἠγαλλιάσατο	confirmat
36. ἀπεστάλκασιν	ἀπέστειλαν
37. ἔφη πρὸς	πρὸς
ἔβαλον	confirmat
38. ἀνήγγειλαν	ἀπήγγειλαν
καὶ ἐφοβήθησαν	ἐφοβήθησαν δὲ
39. ἐξελθόντες	ἀπελθόντες ἀπὸ
40. εἰς τὴν	πρὸς τὴν
ἰδόντες τοὺς ἀδελφ. παρεκ.	ἰδόντες παρεκ. τοὺς ἀδελφούς
XVII.	
1. Ἀπολλωνίαν	τὴν Ἀπολλωνίαν
ἡ συναγωγὴ	συναγωγὴ
2. εἰσῆλθεν	εἰσῆλθον
διελέγετο	διελέξατο
3. ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς	Χριστὸς Ἰησοῦς
4. Ἑλλήνων	καὶ Ἑλλήνων
5. ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδ. καὶ προσλαβ.	ζηλώσαντες δὲ οἱ Ἰουδ. κ. προσλαβ.
τινὰς ἄνδρας	ἄνδρας τινὰς
ἐπιστάντες τε	καὶ ἐπιστάντες
ἀγαγεῖν	προαγαγεῖν
6. ἔσυρον	confirmat
τὸν Ἰάσονα	Ἰάσονα
7. πράττουσιν	πράσσουσιν

Elz.	Cod.
λέγοντ. ἕτερ. εἶναι	ἕτερ. λέγοντ. εἶναι
10. εὐθέως διὰ τῆς νυκτ.	εὐθέως
Βέροιαν	confirmat
τῶν Ἰουδαίων ἀπῄεσαν	confirmat
11. τὸ καθ᾽	καθ᾽
13. σαλεύοντες	σαλεύοντ. καὶ ταράσσοντες
14. ὡς	ἕως
ὑπέμενον δὲ	ὑπέμειναν τε
15. καθιστῶντες	ἀποκαθιστάνοντες
ἤγαγον αὐτὸν	ἤγαγον
Τιμόθεον	τὸν Τιμόθεον
16. θεωροῦντι	θεωροῦντος
18. τινὲς δὲ	τινὲς δὲ καὶ
τῶν Στωϊκῶν	Στωϊκῶν
αὐτοῖς εὐηγγ.	εὐηγγ. αὐτοῖς
19. τε	δὲ
λαλουμένη	λεγομένη
20. βουλόμεθα	βουλόμεθα
τί ἂν θέλοι	τίνα θέλει
21. εὐκαίρουν	ηὐκαίρουν
καὶ ἀκούειν καιν.	confirmat
22. ἐν μέσῳ	confirmat
23. ὃν et τοῦτον	ὃ et τοῦτον (sic)
καταγγέλλω	καταγγέλω (sic)
24. κύριος ὑπάρχων	ὑπάρχων κύριος
25. ἀνθρώπων	ἀνθρωπίνων
κατὰ πάντα	καὶ πάντα
26. ἐξ ἑνὸς αἵματος	ἐξ ἑνὸς
πᾶν τὸ πρόσωπον	παντὸς προσώπου
προτεταγμένους	προστεταγμένους
27. τὸν κύριον	τὸν θεὸν
καὶ εὕροιεν	confirmat
καίτοιγε οὐ	καίγε οὐ

Post ὥς καί τινες 17, 28. codex deficit usque 23, 9; ubi rursus incipit a verbis οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν.

Elz.	Cod.
XXIII.	
9. μὴ θεομαχῶμεν	omittit
10. γενομένης στάσεως	confirmat
εὐλαβηθεὶς	φοβηθεὶς
καταβὰν	confirmat
ἄγειν	confirmat
11. Θάρσει Παῦλε	confirmat
οὕτω σε	confirmat
12. τινὲς τῶν Ἰουδαίων συστροφὴν	συστροφὴν οἱ Ἰουδαῖοι
τεσσαράκοντα	μ', item v. 21.
13. πεποιηκότες	ποιησάμενοι
14. εἶπον	εἶπαν
μηδενὸς	confirmat
15. ὅπως αὔριον	ὅπως
αὐτὸν καταγάγῃ	καταγάγῃ αὐτὸν
πρὸς ὑμᾶς	εἰς ὑμᾶς
16. τὴν ἐνέδραν	confirmat
17. ἑκατοντάρχων	confirmat; non -αρχῶν
ἔφη τὸν	εἶπεν τὸν
ἀπάγαγε	ἄπαγε
τι ἀπαγγεῖλαι	ἀπαγγεῖλαί τι
18. νεανίαν	νεανίσκον
20. εἰς τὸ συνέδρ. καταγ. τὸν Παῦλον	τὸν Παῦλ. καταγ. εἰς τὸ συνέδρ.
μέλλοντες	μέλλων
21. ἕτοιμοί εἰσιν	εἰσὶν ἕτοιμοι
νεανίαν	confirmat
22. παραγγείλας	παραγγείλας αὐτὸν
23. δύο τινὰς	τινὰς δύο
ἑκατοντάρχων (hoc acc.)	confirmat
δεξιολάβους	confirmat
25. περιέχουσαν	ἔχουσαν
27. ἐξειλόμην αὐτὸν	ἐξειλάμην
28. δὲ	confirmat

Elz.	Cod.
γνῶναι	ἐπιγνῶναι
κατήγαγ. αὐτ. εἰς τὸ συνέδρ. αὐτῶν	omittit
29. μηδὲν δὲ	μηδὲν
ἔγκλημα ἔχοντα	ἔχοντα ἔγκλημα (sic)
30. μέλλειν ἔσεσθαι	ἔσεσθαι
ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων	ἐξ αὐτῶν
ἐξαυτῆς	omittit
τὰ πρὸς αὐτὸν	confirmat
ἐπὶ σοῦ	omittit
ἔῤῥωσο	confirmat
31. διὰ τῆς νυκτὸς	διὰ νυκτὸς
32. πορεύεσθαι	ἀπέρχεσθαι
34. ἀναγνοὺς δὲ ὁ ἡγεμὼν	ἀναγνοὺς δὲ
35. ἐκέλευσέ τε	κελεύσας
αὐτὸν ἐν τ. πρ. τοῦ Ἡρ. φυλάσσεσθαι	ἐν τῷ πρ. τοῦ Ἡρ. φυλ. αὐτόν
XXIV.	
1. τῶν πρεσβυτέρων	πρεσβυτ. τινῶν
3. κατορθωμάτων	διορθωμάτων
4. ἐγκόπτω	confirmat
5. στάσιν	στάσεις
6. 7. 8. ἐκρατήσαμεν, κ. κατὰ τὸν ἡμ. νόμον usque ἐρχ. ἐπὶ σέ	ἐκρατήσαμεν, omissis reliquis
8. παρ' οὗ	confirmat
9. συνέθεντο	συνεπέθεντο
10. δὲ	τε
εὐθυμότερον	εὐθύμως
11. γνῶναι	ἐπιγνῶναι
ἢ δεκαδύο	δώδεκα
ἐν Ἱερουσ.	Ἱερουσ.
12. ἐπισύστασιν	ἐπιστασίαν (sic)
οὔτε κατὰ τὴν	οὐδε κατα τὴν (his accentibus)
13. οὔτε	οὐδὲ

Elz.	Cod.
δύνανται	δύνανταί σοι
νῦν	νυνὶ
14. καὶ ἐν τοῖς	καὶ τοῖς ἐν τοῖς
15. ἔσεσθαι νεκρῶν	ἔσεσθαι
16. δὲ αὐτὸς	καὶ αὐτὸς
ἔχειν	confirmat
πρὸς τὸν	confirmat
17. πλειόν. παραγ. ἐλεημ.	πλειόν. ἐλεημ.
ποιήσ. ε. τ. ἔθν. μου	ποιήσ. ε. τ. ἔθν. μου παραγ.
18. ἐν οἷς	ἐν αἷς
τινὲς	τινὲς δὲ
19. δεῖ	ἔδει
με	ἐμὲ
20. εἴ τι	τί
εὗρον ἐν ἐμοὶ	εὗρον
21. ἔκραξα	ἐκέκραξα
ἑστὼς ἐν αὐτοῖς	ἐν αὐτοῖς ἑστῶς (hoc acc.)
ἐφ᾽ ὑμῶν	ἐφ᾽ ὑμῶν
22. ἀκούσας δὲ ταῦτα	ἀνεβάλετο δὲ αὐτοῖς
ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς	(sic) ὁ Φῆλιξ
εἰπὼν	εἴπας (hoc acc.)
23. διαταξάμενός τε	διαταξάμενος
τὸν Παῦλον	αὐτὸν
ὑπηρετεῖν ἢ προσέρχεσθαι	ὑπηρετεῖν
24. τῇ γυναικὶ αὐτοῦ	τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ αὐτοῦ
Χριστὸν	Χριστὸν Ἰησοῦν
25. μέλλοντος ἔσεσθαι	μέλλοντος
μεταλαβὼν	λαβὼν
26. ἅμα δὲ καὶ	ἅμα καὶ
ὅπως λύσῃ αὐτὸν	omittit
27. τε	*τε, **δέ
χάριτας	χάριτα
ὁ Φῆλιξ κατέλιπεν	ὁ Φῆλιξ κατέλειπεν

Elz.	Cod.
XXV.	
1. τῇ ἐπαρχίᾳ	τὴν ἐπαρχίαν
2. δὲ	τε
ὁ ἀρχιερεὺς	οἱ ἀρχιερεῖς
τῶν Ἰουδαίων	τῆς πόλεως
4. ἐν Καισαρείᾳ	εἰς Καισάρειαν (v. 6. -σάριαν)
5. δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, φησὶν	ἐν ὑμῖν, φησίν, δυνατοί
ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ	ἐν τῷ ἀνδρὶ ἄτοπον
6. πλείους ἢ δέκα	οὐ πλείους ὀκτὼ ἢ δέκα
7. περιέστησαν	περιέστησαν αὐτῷ
αἰτιάματα	αἰτιώματα
φέροντες	καταφέροντες
8. ἀπολογουμένου αὐτοῦ	τοῦ Παύλου ἀπολογουμένου
9. τοῖς Ἰουδαίοις θέλων	θέλ. τοῖς Ἰουδαίοις
κρίνεσθαι ἐπ᾽ ἐμοῦ	κριθεῖναι (sic) ἐπὶ ἐμοῦ
10. ἠδίκησα, ὡς κ. σὺ	ἠδικηκώς· καὶ σὺ (sic)
11. εἰ μὲν γὰρ	εἰ μὲν οὖν
αὐτοῖς	confirmat
12. συλλαλήσας	συνλαλήσας
13. ἀσπασόμενοι	confirmat
15. δίκην	confirmat
16. εἰς ἀπώλειαν	omittit
17. συνελθόντων οὖν αὐτῶν	confirmat
18. ἐπέφερον	ἔφερον
ὑπενόουν ἐγὼ	ἐγὼ ὑπενόουν πονηρῶν
20. εἰς τὴν περὶ	τὴν περὶ
τούτου	τούτων
εἰς Ἱερουσαλὴμ	εἰς Ἱεροσόλυμα
21. πέμψω	ἀναπέμψω
22. ἔφη	omittit
ὁ δὲ Αὔριον	confirmat
23. τοῖς χιλιάρχοις	χιλιάρχοις
τοῖς κατ᾽ ἐξ. οὖσι	τοῖς κ. ἐξοχήν
καὶ κελεύσαντος	κελεύσαντος

Elz.	Cod.
24. πᾶν	ἅπαν
ἐπιβοῶντες	βοῶντες
ζῆν αὐτὸν	αὐτὸν ζῆν
25. καταλαβόμενος	κατελαβόμην
θανάτου αὐτὸν	θανάτου
καὶ αὐτοῦ δὲ	αὐτοῦ δὲ
πέμπειν αὐτὸν	πέμπειν
26. σχῶ	ἔχω
γράψαι	γράψω
XXVI.	
1. ἐπιτρέπεταί	ἐπιτέτραπταί
ὑπὲρ σεαυτοῦ	περὶ σεαυτοῦ
ἀπελογεῖτο ἐκτ. τὴν χεῖρα	ἐκτ. τὴν χεῖρα ἀπελογεῖτο
2. μελλων ἀπολογ. ἐπὶ σοῦ σήμερον	ἐπὶ σοῦ μέλλων σήμερ. ἀπολογ.
3. δέομαί σου	δέομαι
4. τὴν ἐκ νεότητος	ἐκ νεότητος
ἐν Ἱεροσολ.	ἔν τε Ἱεροσολ.
πάντες οἱ	πάντες
5. θρησκείας	confirmat
6. πρὸς τοὺς πατέρας	εἰς τοὺς πατέρας ἡμῶν
7. ἐγκαλ. βασιλεῦ Ἀγρίππα ὑπὸ τῶν Ἰουδ.	ἐγκαλ. ὑπὸ Ἰουδαίων, βασιλεῦ
8. τί ἄπιστον (non τί; ἄπιστον)	confirmat
10. καὶ πολλοὺς	καὶ πολλούς τε
φυλακαῖς	ἐν φυλακαῖς
12. καὶ πορευόμενος	πορευόμενος
τῆς παρὰ	τῆς
13. περιλάμψαν	περιλάμψαντα
14. δὲ	τε
ἡμῶν εἰς	ἡμῶν ἐπὶ
φωνὴν λαλοῦσαν πρός με κ. λέγουσαν	φωνὴν λέγουσαν πρός με
15. εἶπον	εἶπα
ὁ δὲ	ὁ δὲ κύριος
16. εἶδες	confirmat
17. καὶ τῶν	καὶ ἐκ τῶν
εἰς οὓς νῦν	εἰς οὓς ἐγώ
σὲ ἀποστέλλω	ἐξαποστελῶ σε
18. ἐπιστρέψαι	ἀποστρέψαι
τῆς ἐξουσίας	confirmat
20. πρῶτον	πρῶτόν τε
καὶ Ἱεροσολύμοις	confirmat
εἰς πᾶσαν	confirmat
ἀπαγγέλλων	ἀπήγγελλον
21. με οἱ Ἰουδαῖοι	οἱ Ἰουδαῖοί με
ἐν τῷ	ὄντα ἐν τῷ
22. παρὰ τοῦ	ἀπὸ τοῦ
μαρτυρούμενος	μαρτυρόμενος
23. μέλλει καταγγέλλειν	μελλειν καταγγελειν (sic)
τῷ	τῷ τε
24. ἔφη· Μαίνῃ	φησίν· Μαίνει (sic)
25. ὁ δὲ	ὁ δὲ Παῦλος
ἀλλ᾽ ἀληθείας	ἀλλὰ ἀληθείας
26. τι τούτων οὐ πείθ. οὐδέν	τι τούτων οὐδὲν πείθομαι
28. ἔφη	omittit
γενέσθαι	ποιῆσαι
29. ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν	ὁ δὲ Παῦλος
εὐξαίμην	εὐξάμην (sic)
ἐν πολλῷ	ἐν μεγάλῳ
30. καὶ ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ ἀνέστη	ἀνέστη τε
31. ἄξιον ἢ δεσμῶν πράσσει	ἢ δεσμῶν ἄξιόν τι πράσσει
32. ἐπεκέκλητο	confirmat
XXVII.	
2. μέλλοντες	μέλλοντι
τοὺς κατὰ	εἰς τοὺς κατὰ
3. τε	δὲ
φίλους	τοὺς φίλους
πορευθέντα	πορευθέντι

Elz.	Cod.
5. *Μύρα*	*Μύραν*
6. *ἑκατόνταρχος*	*ἑκατοντάρχης*
Ἀλεξανδρῖνον	*Ἀλεξανδρινόν*
ἐνεβίβασεν	confirmat
7. *ἐν ἱκαναῖς*	*ἐν ἐκείναις*
8. *Λασαία*	*Λασία*
10. *φόρτου*	*φορτίου*
11. *ἑκατόνταρχος*	*ἑκατοντάρχης*
ἐπείθετο μᾶλλον	*μᾶλλον ἐπείθετο*
τοῦ Παύλου	*Παύλου*
12. *πλείους*	*πλείονες*
κἀκεῖθεν	*ἐκεῖθεν*
13. *Ἄσσον*	*ἆσσον*
14. *εὐροκλύδων*	*εὐροκλύδω* (sic)
16. *Κλαύδην*	*Κλαῦδα*
17. *βοηθείαις*	*βοηθείας*
18. *δὲ*	confirmat
19. *ἐῤῥίψαμεν*	*ἔρριψαν*
20. *πάσα ἐλπὶς*	*ἐλπὶς πᾶσα*
21. *δὲ*	*τε*
23. *τῇ νυκτὶ ταύτῃ*	*ταύτῃ τῇ νυκτί*
ἄγγελος τοῦ θεοῦ οὗ εἰμί	*ἄγγελος κυρίου οὗ εἰμί*
27. *ἐγένετο*	*ἐπεγένετο*
28. bis *ὀργυιὰς*	bis *ὀργύας*
29. *τε*	*δὲ*
μήπως	*μή που*
εἰς τραχεῖς	*κατὰ τραχεῖς*
ἐκπέσωσιν	confirmat
ηὔχοντο	confirmat
30. *πρώρας*	confirmat
μελλ. ἀγκύρας	*ἀγκύρ. μελλ.*
31. *εἶπεν ὁ*	*εἶπεν δὲ ὁ*
32. *οἱ στρατιῶται ἀπέκοψαν*	*ἀπέκοψαν*
33. *ἔμελλεν ἡμέρα*	*ἡμ. ἤμελλεν*

Elz.	Cod.
μηδὲν	confirmat
προσλαβόμενοι	confirmat
34. *προσλαβεῖν*	*μεταλαβεῖν*
ὑμετέρας	confirmat
ἐκ τῆς	*ἀπὸ τῆς*
πεσεῖται	*ἀπολεῖται*
35. *εἰπὼν*	confirmat
εὐχαρίστησεν	*ηὐχαρίστησεν*
37. *ἦμεν*	*ἤμεθα*
ἐν τ. πλ. αἱ πᾶσαι ψυχ.	*αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἐν τ. πλ.*
διακ. ἑβδ. ἕξ	*σοϛ̄*
39. *ἐβουλεύσαντο*	*ἐβούλοντο*
δύναιντο	confirmat
40. *ἀρτέμονα*	*ἀρτέμωνα*
41. *ἐποκείλαν*	*ἐπέκιλαν* (sic)
ἔμεινεν	confirmat
βίας τῶν κυμάτων	confirmat
42. *διαφύγοι*	*διαφύγῃ*
43. *ἑκατόνταρχος*	*ἑκατοντάρχης*
τε	*δὲ*
XXVIII.	
1. *ἐπέγνωσαν*	*ἐπέγνωμεν*
2. *δὲ*	*τε*
παρεῖχον	confirmat
ἀνάψαντες	*ἅψαντες*
3. *πλῆθος*	*τι* (sed per errorem *τὲ* scriptum est) *πλῆθος*
ἐκ τῆς	*ἀπὸ τῆς*
ἐξελθοῦσα	confirmat
καθῆψεν	confirmat
4. *εἶδον*	confirmat
κρεμάμ. τὸ θηρίον	*τὸ θηρ. κρεμάμ.*
ἔλεγ. πρὸς ἀλλήλους	*πρ. ἀλλήλ. ἔλεγ.*
5. *ἀποτινάξας*	*ἀποτιναξάμενος* (sic)
6. *μεταβαλλόμενοι*	*μεταβαλόμενοι*
θεὸν αὐτὸν εἶναι	*αὐτὸν εἶναι θεόν*

Elz.	Cod.	Elz.	Cod.
7. Ποπλίῳ	Πουπλίω	κατηγορῆσαι	κατηγορεῖν
8. δυσεντερίᾳ	confirmat	21. εἶπον	εἶπαν
9. τούτου οὖν	τούτου δὲ	οὔτε γρ.	* οὐδὲ γρ., ** οὔτε γρ.
ἔχοντες ἀσθεν. ἐν τῇ	ἐν τῇ νήσ. ἔχοντ. ἀσθεν.	περὶ σοῦ ἐδεξάμ.	confirmat
νήσῳ		22. ἐστὶν ἡμῖν	ὑμῖν (sic) ἐστιν
10. τὴν χρείαν	confirmat	23. ἧκον	ἦλθον
11. Ἀλεξανδρίνῳ	Ἀλεξανδρινῷ	διαμαρτυρόμενος	διαμαρτυρούμενος
14. ἐπ' αὐτοῖς	παρ' αὐτοῖς	τὰ περὶ	περὶ
εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομ.	ἦλθ. εἰς τ. Ῥώμ.	25. ἡμῶν	ὑμῶν
15. ἐξῆλθον	confirmat	26. λέγον	confirmat
ἡμῖν	ἡμῶν	εἰπὲ	εἶπεν (hoc acc.)
ἄχρις	ἄχρι	ἀκούσετε	ἀκούσητε
16. ἤλθομεν	εἰσήλθομεν	συνῆτε	συνεῖτε
ὁ ἑκατόνταρχ. usque	ἐπετράπη τῷ Παύλ.	κ. βλέποντες βλέψετε	omittit
τ. δ. Παύλ. ἐπετράπ.		27. ἐπιστρέψωσιν	ἐπιστρέψωσιν
17. τὸν Παῦλον	αὐτὸν	ἰάσομαι	ἰάσωμε (sic)
ἔλεγεν	εἶπεν	ἔστω ὑμῖν	ὑμῖν ἔστω
ἄνδρες ἀδελφοί, ἐγὼ	ἐγώ, ἄνδρ. ἀδελφ.	ἔμεινεν	ἐνέμεινεν
ποιήσας	πράξας	Subscriptum est:	πράξεις τῶν ἀποστόλων.
18. ἐβούλοντο	confirmat		

Praeterea haec de scriptura codicis adnotanda sunt. ν ἐφελκυστικόν, ut in antiquissimis codicibus fieri solet, plerumque etiam ante consonam scriptum est. Saepissime inter se confunduntur ει, ῃ, ι, quemadmodum est Ἀγρίππας, Χρηστόν (3, 18), Χρηστιανοὺς, Λίβην, Σαμοθρᾴκην, παντί pro πάντῃ, καταλελημμένος, ἀναβαίνην, ἐκλελεῖσθαι, εἰσφαλίσατο, ῥηθεῖναι, ἐσθίσειν, κατήντησαν: item υ et οι, ut fit in λυμόν, κατάλυποι, αι et ε, ut est μαί pro μέ. Rara sunt eiusmodi ut ἔπεσα, ἐκπεσθέντες, συμβαλὼν, item πολλά. 16, 2. est ἐλλύστροις pro ἐν Λύστρ. Accentus plerique ad leges grammaticorum positi sunt; passim vero ab iis discessum est ut in his: πράξαι, σημεία, κωλύσαι, κηρύξαι, ὑβρίσαι, κατηγόρει, Ἰσραηλῖται, Ἑλληνῖται, χρεῖαν, Μακεδόνος, Ἰουδαῖοι, θύσαι, ψύχος. Item scribitur Φήλιξ, Πιλάτον, Σολομῶν, Κῖς. Confirmat ἔξωσεν, πρώρα, εἶπον pro εἰπόν. Inprimis vero accentus vocibus encliticis impositos adnotavi. Ita scribitur εἴ τι ἐστίν, χαρίζεσθαι τινά, καὶ ἐσμέν, ἕτοιμοι ἐσμέν, μάρτυρες ἐσμέν, οὗτος ἐστίν, ὅ ἐστιν, ἔστιν γάρ, ἐκλογῆς ἐστιν μοι, αὐτοῦ ἐστίν, ὑμῖν ἐστίν, πρός με, παρά σοῦ, πρός σέ, διά σοῦ, ἐπί τινων, ἡμέραι τέ. 2, 25. 10, 2. est διὰ παντός: 24, 16. διὰ παντός. 25, 24. est καί φησιν ὁ Φῆστος; 10, 31. καὶ φησίν· Κορνήλιε. 12, 18. est τί ἄρα; 11, 18. ἄρα γε; 8, 30 et 17, 27. ἆρά γε; 8, 22. εἴ ἄρα. Compendia scripturae quae in codice sunt nihil singulare habent; in lectionibus praeter numeros omnia plene scripsimus.

XIII.

LIBER THEONIS SMYRNAEI DE ASTRONOMIA IN CODICE VENETO, ITEM VERSUS ALEXANDRI AETOLI.

Ex paucis demum annis inter viros doctos innotuit textus libri de astronomia a Theone Smyrnaeo Platonico conscriptus. Primum enim ille editorem nactus est Th. H. Martinum, facultatis litterarum in academia Rhedonensi decanum, anno 1849.[1]) Praevenit vir clarissimus libro suo quam ipse iam sex annis ante meditatus eram vel ut rectius dicam praeparaveram editionem. Quod feliciter accidit; nec enim, opinor, is Theonis liber editorem earum quas tractat rerum peritiorem nancisci facile poterat. Tamen ad edendum librum ipse Martino aliqua certe ex parte instructior eram. Inveneram enim et descripseram auctumno anni 1843. Theonis textum in codice Veneto, cuius lectio Parisiensi, quamvis sit simillima, anteponenda est propterea quod ex Veneto Parisiensem fluxisse tantum non certum est. Quod antequam probem, breviter explicandum est de editione Martini, duce ipso Martino. Hausit ille textum suum e Parisiensi codice, antea Tolosano, quem idoneis de caussis non ante saeculum sextum decimum scriptum esse existimat, cf. editionis Martini pag. 30. Nec autem improbabiliter docet (cf. ibidem pag. 31.), Parisiensem codicem transscriptum esse totum ex codice Mediolanensi Ambrosiano, qui quidem primum anno 1644. per Ismaelem Bullialdum, Arithmeticae Theonis editorem, innotuit, cf. ibidem pag. 25 sqq. Praeter hoc codicum par, teste Martino pag. 24, nullus alius inventus est eiusdem Theonis libri codex. Ait l. l. „An sit etiam tertius aliquis, valde dubitamus."

Nihilominus adest tertius, indeque, ut iam supra significatum est, textum edere dudum nobis propositum erat. Est Venetiis in bibliotheca Marciana, numero nisi fallor 307. signatus. Qua sit ratione, qua aetate, in schedis notatum non reperi. Qua vero textus bonitate sit, facile indicari potest collato textu Parisiensi, quo solo uti licuit Martino editori. Maxima quidem inter utrumque intercedit affinitas, conspicua non in universa tantum textus indole, sed in ipsis scripturae vitiis et lacunis. Rursus vero sunt quae in Parisiensi libro male habeant, recte in Veneto; neque desunt quorum ea ratio sit ut facile intellegas quomodo scriptor Parisiensis codicis in describendo Veneto errare potuerit. Quarum rerum exempla afferam exscribendis e nostro codice per priora capita omnibus iis quae vel a Parisiensi differunt vel ab editore in notis tractata sunt.

Ceterum quod de Parisiensi codice diximus, idem fere in Mediolanensem quadrare videtur. Sed ex hoc nihil exscriptum est praeter Alexandri versus, nec per hos ipsos ubique satis accurate indicata est Mediolanensis libri scriptura.

[1]) Libri titulus est: Theonis Smyrnaei Platonici liber de astronomia cum Sereni fragmento. Textum primus edidit, Latine vertit, descriptionibus geometricis, dissertatione et notis illustravit Th. H. Martin. Accedunt etc. Parisiis e reipublicae typographeo impensis publicis 1849.

Pag. 140. Venetus recte habet *καὶ περιπολήσεις*, Parisiensis *κατὰ περιπολήσεις*, Martino restituente *καί*. Ibidem Venetus *μετέωρον*, unde in Paris. est *μετεώρου*. Martinus vero *μετέωρον* restituit. Ibidem nota 4. Paris. *εὑρίσκεται*, corrigente Martino *εὑρίσκετο ἄν*. Hoc ipsum Venetus codex praebet absque *ἄν*. Ibidem uterque codex *τῶν πρὸς τούτων*. Emendavit Mart. *τῶν πρ. τοῦτον*. Pergit vero Ven. *ἀπὸ γῆς*, Par. *ἀπὸ τῆς*, restituente Martino *ἀπὸ τῆς γῆς*. Paullo post in utroque est *ἡ*, omisso *γῆ*. Contra *ἕω* recte est in Veneto, in Par. *ἕως*. In iis quae subsequuntur Ven. sic: *αἱ τῶν αὐτῶν ἄστρων ἐπιτολαί*, in Par. vero teste Martino *αὐτῶν* praetermissum est. Pag. 142. in utroque est *κλήμασι*, item *ἀντιπεριϊσταμένου*, *νοτιωτέροις*, *νοτείων*, *παραπλησίων*. Contra Ven. *προϊοῦσι*, Par. *προϊουσι*; Ven. ter *αἰεί*, Par. *ἀεί*; Ven. *τῶν ὄπιθεν*, Par. *τῶν ὄπισθεν*; Ven. *πρότερον*, ut emendavit Martinus, Par. *πρότερα*; Ven. *παντάπασιν ἀφανῆ*, Par. *παντάπασι ἀφανῆ*. Pag. 144. inter utrumque convenit de *πλεῖον*, *ἠρεμίαν**), *δι' ὑποβεβλημένου*, *γωνίας*, *ἑκατέρας*. Pro eo vero quod in Par. est *ἐπὶ τὸ μέσον*, Ven. liber habet *ἐπὶ τοῦ μέσον*. Martinus mavult *ἐπὶ τὸ μέσον*, tamen *ἐπὶ τοῦ μέσου* ferendum censet. Pag. 146. Ven. recte *πλοῖον* habet, Par. *πλεῖον*. Tum vero uterque *ὄψει*, *κἂν τὸ*, *εἰσρεῖν*, *κοιλότερα*, *τῆς* et *ἐπιφανείας*, *ἀνάγομεν*, *ἐπιζεύξομεν*. Versu 14. Par. *οὕτω· πέφυκε*, Ven. *οὕτως· πέφυκε*. Versu 19. Par. *ἐπὶ μὲν τοῦ μέσου*, Ven. *ἐπὶ μὲν τοῦ μέσου* (ο supra, ον supra scripto). Pag. 148. Ven. recte habet *τοῦ*, quod pro *τὸ* in codice Parisiensi scripto Martinus edidit. Uterque vero *ἀπόσχῃ*, *τό* (nota 10.), ϟ (nota 11.), *ζμ η* (Par. *ζμ η*) exhibet. In reliquis Ven. recte *πεδίων χθαμαλότητα* (Par. *παιδίων χθαμαλώτητα*), item *ἀνωμαλίας* et *τόν*, non cum Par. *ἀνομαλίας* et *τό*. Pag. 150. Ven. recte *δισχιλίων* et *εὑρηκέναι*, non *δισχιλ.* et *εἰρηκέναι*. Conveniunt in *καί* pro *ιβ* (nota 7.) et *ὑπερμετρούντων*. Versu 8. Ven. habet *κατασκευάσωμεν τἀνταῦθα*, Par. *κατ. ἐνταῦθα*; Ven. *ἔγγιστα δέκα δυοῖν*, Par. *ἔγγιστα δὲ κάτεσιν*. Versu 12. in Ven. codice non satis liquet utrum *κεγχριαίας* an *κεγχριαίοις* legendum sit; Par. male *κεγχριαίας*. In iis quae sequuntur memoratu inprimis dignum est quod pag. 154. v. 5. in Par. codice legitur *μη ς'*. Hoc enim vitium inde ortum videtur quod in Veneto codice *λη ς'* ita scriptum est ut dubitare possis, prima littera utrum *μ* an *λ* sit. Pag. 158. (nota 8.) Paris. codex *αἰσθητόν* male pro *αἰσθητήν* habet; in Veneto utrumque per errorem scriptum est hunc in modum: *αἰσθητὸν αἰσθητήν*.

Pergam ad celebres versus Alexandri Aetoli de stellis errantibus, quos ex hoc ipso Theonis Smyrnaei opere, codice Mediolanensi ut videtur adhibito, primum edidit Thomas Galeus Anglus in Addendis ad Parthenium pag. 49. Post Galeum repetiit Fabricius; saeculo fere post Schneiderus et Naekius. Horum duumvirorum coniecturis non mediocriter emendatos Augustus Meineke inseruit Analectis Alexandrinis suis. Denique edidit Martinus in libro Theonis, ubi suum illi dudum locum nacti sunt. Ipsi vero ad duos codices, quibus viri docti hucusque solis usi sunt, non tantum tertium addimus Theonis codicem,

*) Quae in spiritu ponendo errata sunt, non amplius adnotabo, nec magis ubi Parisiensis scriptura iota subscriptum male habet, ut in *ἰσοκρατῇ*: scilicet de suo illud scriba exemplaris Parisiensis addidit.

de quo iamiam exposuimus, verum etiam quartum, Marcianum et ipsum, sed reliquis tribus omnibus praestantiorem. Comparatus iste ita est ut coniecturas editorum quos nominavi doctorum saepe confirmet, passim etiam novi aliquid idque bonae ut videtur frugis addat, licet plura vitia cum reliquis codd. communia habeat. Adscribam textum eorum versuum totum ut est in cod. Veneto 203, lectionibus reliquorum codicum et emendationibus editorum sub textu appositis.

Ἀλεξάνδρου Αἰτωλοῦ περὶ τῶν πλανητῶν.

Ὑψοῦ δ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέρτατον[1]) *ἔλαχε*[2]) *κύκλον·*
Ἀγχοτάτη μὲν δῖα Σεληναίη[3]) *περὶ γαῖαν,*
Δεύτερος αὖ Στίλβων χελυοξόου[4]) *Ἑρμείαο,*[5])
Τῷ δ' ἔπι[6]) *φωσφόρος ἐστὶ φαεινότατος Κυθερείης,*
Τέτρατος[7]) *αὐτὸς*[8]) *ὕπερθεν ἐπ' Ἠέλιος*[9]) *φέρεθ' ἵπποις,*
Πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φθονίου Θρήϊκος Ἄρης,[10])
Ἕκτος δ' αὖ Φαέθων Διὸς ἀγλαὸς ἵστατια ἀνήρ,[11])
Ἕβδομος [αὖ] Φαίνων[12]) *Κρόνῳ*[13]) *ἀγχόθι τέλλεται ἀστήρ·*[14])
Πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδοί[15])
Ἁρμονίην στείχουσι[16]) *διαστάσει ἄλλος ἐπ' ἄλλῃ.*[17])

[1]) Sic codd. omnes quattuor; sed Martinus monente Meinekio mavult *ὑπέρτερον*.

[2]) Versus ratio postulat *ἔλλαχε*. Sed codd. omnes *ἔλαχε*.

[3]) Hanc scripturam codex noster habet, iam a Meinekio post alios de coniectura editam; reliqui codices *Σεληναία*.

[4]) Ita solus codex noster; reliqui *χελιζῶον*. Ad marginem Grotius scripsit *χελυσσόον* idque receperunt Galeus et Schneiderus. Rectius praeeunte Naekio Meinekius et Martinus ediderunt *χελυοσσόου*.

[5]) Ita dudum de coniectura editum est, sed reliqui codd. omnes *Ἑρμεῖον* habent.

[6]) Ita recte iam coniecit Naekius, item Schneiderus omisso *δ'*. Reliqui vero codd. *τῶν ἔπι* tuentur.

[7]) Sic solus ut videtur codex noster; alter Venetus et Parisiensis *τέταρτος*.

[8]) Alter Venetus *αὖτος*, item Parisiensis. Hinc Galeus edidit *αὖτος*. Noster *αὐτὸς*.

[9]) Ita codex ut iam edi consuevit, sed alter Ven. et Paris. *ἠπιέλιος*.

[10]) Haec est scriptura nostri codicis. In altero Veneto et Parisiensi pro *φθονίου* scriptum est *φ....ου* (apud Grotium *φ....οο*), quattuor fere litterarum spatio relicto. E coniectura praeeunte Galeo plerique ediderunt *φωστήρ*. Pro *Θρήϊκος Ἄρης* reliqui codd. *Θρήϊκος Ἄρηος*, probantibus editoribus.

[11]) Hac voce noster codex a scriptura reliquorum *ἀστήρ* male discedit.

[12]) *αὖ* in nostro codice pariter atque in reliquis deest. Rectissime vero habet *Φαίνων*, quod pro *φαίνεται*, ut in reliquis scriptum est, iam reposuerunt editores, nisi quod Schneidero *ψυχρὸν* legendum videbatur.

[13]) Ita noster; ex reliquis editum est *Κρόνου*.

[14]) *ἀστήρ* in codice scriptum est, ut cum Schneidero Meinekius edidit. Contra alter Venetus et Parisiensis *ἄστρων*, quod mavult Martinus. Cum Grotio Galeus, Fabricius, Naekius *ἄστρον*.

[15]) Haec scriptura haud spernenda videtur. Reliqui codd. *σύνοδον*, unde editores *συνῳδὸν* correxerunt.

[16]) Ita codex noster; reliqui *στοιχοῖσι*. Quum apud Heraclitum scriptum sit, *προσίχουσι*, Meinekius legendum censet *προχέουσι*, assentiente Martino. Schneiderus vero suspicatus est poetam scripsisse *στείχουσι*, id quod in ipso cod. nostro est.

[17]) Differt haec scriptura a reliquis codicibus eo quod non *ἐπ' ἄλλην* sed *ἐπ' ἄλλῃ* habet. Pro *διαστάσει* Galeus et Schneiderus ediderunt *διασταδόν*. Meinekius Heraclitum secutus scripsit *διαστὰς ἄλλος ἀπ' ἄλλου*. Martinus sic: „Voces *ἐπ' ἄλλην* pro-

Γαῖα μὲν οὖν ὑπάτη τε βαρεῖά τε μεσόθι ναίει·[1]
Ἀπλανέων δὲ σφαῖρα συνημμένης ἔπλετο νήτης·[2]
Μέσην δ' ἥλιος[3] πλακτῶν[4] θέσιν ἔσχεθεν[5] ἄστρων·
Τοῦ δ' ὕπο[6] δὴ ψυχρὸς μὲν ἔχει διὰ τέσσαρα[7] κύκλων[8].
Κεῖνον δ' ἡμίτονον Φαίνων ἀνίησι χαλασθείς,
Τοῦ δὲ τόσον[9] Φαέθων ὅσον[10] ὄβριμος[11] Ἄρεος[12] ἀστήρ,
Ἥλιος δ' ὑπὸ[12b] τῆσι[13] τόνον τερψίμβροτος[14] ἴσχει,
Αἴγλης δ' ἠελίοιο[15] τριημίτονον Κυθερείης[16]·
Ἡμίτονον δ' ὑπὸ τῷ[17] Στίλβων φέρεθ' Ἑρμείαο[18],
Τόσσον δὲ[19] χρωσθεῖσα φύσιν πολυκαμπέα[20] μήνη.
Κέντρον δ' ἠελίοιο[21] θέσιν δι[ὰ πέντ'] ἔλαχε[22] χθών,
Αὕτη[23] πεντάζωνος ἀπ' ἠέρος εἰς φλογόεν πῦρ[24]
Ἁρμοσθεῖσ' ἀκτῖσι[25] πυρὸς κρυεροῖσι[26] τε πάχναις·

cui dubio mutandae sunt; de voce διαστάσει nonnihil dubii superest an servari possit."

[1]) Haec codicis scriptura proxime abest ab emendatione editorum: μεσσόθι ναίει. Alter vero codex Venetus cum Par. et Mediolan. μέσηθιναίη.

[2]) Ita codex noster, reliqui συνημμένη ἐπλ. νότης. Cum Galeo et Schneidero Meinekius edidit συνημμένης ἐπλ. νότοις, Martinus vero pro νότοις correxit νήτης.

[3]) Ita recte noster, dummodo μέσσην pro μέσην restituatur. Reliqui μέσην δ' ἥλιος.

[4]) Ita codd. omnes; editores vero πλαγκτῶν.

[5]) Sic noster codex solus; reliqui ἐπίσχετο, unde editores coniecerunt ἴσχ' ὕπερ.

[6]) Pro ὑπό reliqui ἀπό.

[7]) τέσσαρα codex habet, quamquam ρα periit. Alter Venetus τεσσάρων, hinc Par. et Mediol. τεσσάρων. Editores τέσσαρα.

[8]) Pro κύκλων rectius reliqui κύκλος.

[9]) Ita recte solus codex noster; reliqui τῷ δὲ τάσιν.

[10]) Φαίθων ὅσον: ita reliqui codices praeter nostrum, in quo est Φαίθωνος ἦν, ita ut ἦν ad ὄβριμος trahatur.

[11]) ὄβριμος: hanc codicis nostri scripturam de coniectura ediderunt Galeus et Meinekius. Reliqui codd. praebent ἔβριμος.

[12]) Ita in codice nostro scriptum est; in altero Veneto et Parisiensi Ἄρεως.

[12b]) Ita recte iam ediderunt plerique, sed reliqui codd. omittunt δ'.

[13]) Ad reliquos codd. corrigendum erit τοῖσι.

[14]) Haec nostri codicis scriptura est. Eandem confirmat alter Venetus. In Parisiensi vero legitur τερψίμβροτος.

[15]) Ita codex noster; alter Venetus δ' ἠελίοισι, ultima littera non satis distincta. Reliqui codd. δ' ἡλίοις ἡ.

[16]) Κυθερείης in omnibus codd. scriptum est, non Κυθερείη. Hinc postea in nostro τῷ, non τῇ.

[17]) Ita codex noster, ut iam indicavimus; reliqui τῇ.

[18]) Ipse codex Ἑρμείαου. Reliqui libri Ἑρμείας.

[19]) Pro δὲ quod omnes libri scripti tuentur, edi solet τε.

[20]) Ita recte in nostro cod. legitur, in reliquis πολυκαμπτέα.

[21]) Haec rectissime noster; reliqui κέντει δ' ἠελίοις.

[22]) Cod. noster διέλαχε; alter Venetus δία (sic) ἔλαχε, Par. διὰ ἔλαχε. Placuit Naekii coniectura, ε' i. e. πέντ' ante ἔλαχε excidisse statuentis. Alii aliter. Cf. Martini librum pag. 188. nota 5.

[23]) Ita noster codex, item alter Venetus. Parisiensis ut videtur αὐτή.

[24]) ἀπ' ἠέρος εἰς: ita noster codex. Ven. et Par. ἀπηερίης. idque (ἀπ' ἠερίης) servarunt Galeus, Schneiderus, Meinekius, adnotante Schneidero se non intellegere versum. Martinus mavult ἀπ' ἠέρι ἧς.

[25]) Ita cum reliquis scripsimus. In cod. nostro est ἁρμοσθεῖσα κτῆσιν, in altero Veneto ἁρμοσθεῖσα ἀκτῖσι.

[26]) Reliqui libri praebent κρυεροῖσι, idque ab editoribus servatum est.

Οὐρανὸν ἑξάτονον[1] *τόνον ἴσχεθε*[2] *τὸν διὰ πάντων*[3])
Τοίην[4] *τοι σφαῖρ' ὁ*[5] *Διὸς παῖς ἥρμοσεν Ἑρμῆς,*
Ἑπτάτονον κίθαριν, θεομήτορος εἰκόνα κόσμου.[6]

Ceterum istum textum Venetum, cuius scriptura tantopere praestat codicibus iam ante excussis, ante multos annos ex longo itinere redux cum Godofredo Hermanno communicavi. Misit Hermannus a se transscriptum ad Meinekium qui ephemeridibus philologicis inseruit. Pauca tamen Hermannus ex schedis meis non satis recte transscripserat, ut *πάλλεται* pro *τέλλεται* versu 8, item *αἴγλο* pro *αἴγλης* versu 18.

XIV.

EVANGELISTARIUM CARPENTORACTENSE.

A viro clarissimo Gustavo Haenel in eo quem 1830. edidit Catalogo librorum manuscriptorum, indeque a Scholzio in Prolegomenis editionis Novi Testamenti 1836. notatum est in bibliotheca Carpentoractensi codicem Graecum Novi Testamenti exstare, litteris uncialibus sexti saeculi scriptum. Quod etsi non accuratissimo ipsius codicis examine niti credebam, tamen eiusmodi erat ut, qui totus essem in requirendis antiquissimis sacri textus monumentis, officio meo defuturus mihi viderer nisi adirem bibliothecam Carpentoractensem et quem insignem litterarum sacrarum thesaurum habere tradebatur in rem Novi Testamenti criticam converterem. Cum igitur ineunte anno 1843. Basilea Massiliam proficiscebar, brevi post iter Romanum suscepturus, nec impensae nec tempori peperci ut ad usum libri Carpentoractensis pervenirem. Mox vero, quantus in cl. Haenelii Catalogo error esset, satis intellexi. Codicem enim illum tanta ab eo laude ornatum nihil aliud quam evangelistarium continere vidi idque saeculi fere noni. Delineavi facsimile quod vocant: vides id lapidi nunc incisum extrema parte tabulae nostrae secundae. Liber signatus est in bibliotheca numero 101, foliis constans 281 formae maximae, quavis pagina duplici columna versuum plerumque 25 scriptus. Scriptura satis est accurata, accentibus et spiritibus haud negligenter positis. Ab initio plura perierunt; incipit enim ab evang. Joh. 16, 28. Textus cum antiquissimis libris scriptis nostris paullo magis convenit quam pleraque quae supersunt evangelistaria uncialibus litteris exarata. Hoc apparebit ex iis

[1]) Ita libri omnes. Martinus edidit *Οὐρανὸς ἑξάτονος*. Quam in rem quae scripsit vide apud ipsum pag. 189. notis 7 et 8.

[2]) Ita uterque Venetus; Parisiensis *ἴσχεσθε*, quod quomodo ex alterius Veneti scriptura fieri potuerit, ipso loco inspecto facile intellegitur.

[3]) Reliqui libri *τῶν διὰ πάντων*. Editores plerique corrigendum censuerunt *τὸν διὰ πασῶν*, Galeus solus *τόνον ἴσχετ' ἰτῶν δια πάντων*.

[4]) Ita codicis nostri scriptura confirmat coniecturam Schneideri, Nackii, Meinekii, Martini. Reliqui libri *τοίνυν*.

[5]) Ipsi codices praebent *σφαῖρν ὁ*. Schneiderus proposuit *σφαῖρ' ὁ*. Meinekius cum Nackio *σφαῖρα*.

[6]) De hoc versu consentiunt codices, nisi quod Parisiensis *κίθαρη* habere dicitur. Pro *θεομήτορος* Meinekius *θεομάτορος* legi voluit.

quae excerpsimus lectionis exemplis. Quae antequam exhibeamus, mentio faciunda est subscriptionis ultimo folio positae: quae etsi non eadem qua totus codex manu scripta est, tamen satis antiqua est et ad cognoscendam huius evangelistarii historiam idonea. Habet enim ita: Προσηνέχθη τὸ παρὸν εὐαγγέλιον ἐν τῇ σεβασμίᾳ μονῇ τῆς ὑπεραγίας θκου τῆς Ἄμπου τῆς οὕτω ἐπονομαζομένης (in cod. ἐπονομ. est, nisi fallor), τοῦ Γερίου· παρὰ Ἐπιφανίου μαγίστρου τοῦ Πασχάλη καὶ κτήτορος τῆς αὐτῆς μονῆς· κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς διοικήσεως πεντεκαιδεκάτης ἰνδ. τοῦ ςχ ἔτους· οἱ ἐντυγχάνοντες τούτῳ (cod. τοῦτο), εὔχεσθε αὐτῷ διὰ τὸν ···· (cetera desiderantur). Pertinet igitur haec subscriptio ad donationem codicis anno 1092. factam.

Exempla autem lectionis ita delegimus, ut primum ea tantum quae a recepto quem vocant textu differrent adnotaremus, postea vero nonnulla adderemus in quibus evangelistarium cum illo textu consentit.

I.

Mt. V. 21 sqq. semper est ἐρρέθη, non ἐρρήθη 5, 28. ἐπιθυμῆσαι αὐτήν 5, 44. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς 5, 47. τοὺς φίλους ὑμῶν μόνον VII, 14. τί στενὴ ἡ πύλη 7, 22. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι ἐπροφητεύσαμεν. Eodem modo 15, 7. legitur καλῶς ἐπροφήτευσεν. Aliter vero est 11, 13. ubi legitur ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν. Mt. VIII, 8. μόνον εἰπὲ λόγῳ IX, 5. ἀφέονταί (ante ἀφίωνται) σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν· ἔγειρε καί 9, 17. ἀμφότεροι συντηροῦνται 9, 18. ἄρχων εἰσελθὼν προσεκύνει X, 10. νεκροὺς ἐγείρετε, λεπροὺς καθαρίζετε 10, 10. ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ (absque ἐστίν) 10, 12. secunda manu additum: λέγοντες· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ 10, 13. εἰσελθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν 10, 19. ὅταν δὲ παραδώσωσιν ὑμᾶς 10, 28. καὶ μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων XI, 8. ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλείων εἰσίν 11, 10. ἰδοὺ ἐγὼ 'ποστελῶ 11, 16 sq. ὁμοία ἐστὶν παιδίοις καθημένοις ἐν ἀγοραῖς καὶ προσφωνοῦσιν τοῖς ἑταίροις αὐτῶν καὶ λέγουσιν· ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν καὶ οὐκ ἐκόψασθε XIII, 15. μήποτε ἴδωσιν τ. ὀφθ. καὶ τ. ὠσὶν ἀκούσωσιν κ. τῇ καρδίᾳ συνῶσιν καὶ ἐπιστρέψωσιν καὶ ἰάσομαι αὐτούς 13, 27. πόθεν οὖν ἔχει ζιζάνια 13, 30. δήσατε αὐτὰ δεσμάς 13, 44. καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει XIV, 18. ἐπὶ τοὺς χόρτους, λαβών XV, 32. ἡμέραι τρεῖς προσμένουσίν μοι XIX, 29. ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν ἐμοῦ, ἑκατονταπλ. λήψεται XXII, 37. ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου καὶ ἐν ὅλῃ (recentius additum est τῇ) ψυχῇ σου καὶ ἐν ˜λῃ τῇ διανοίᾳ σου XXIII, 8. εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός: corrector vero ε. γ. ἐ. ὑ. ὁ διδάσκαλος, ὁ Χριστός 23, 30. ἤμεθα XXV, 2. πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι (sic) καὶ αἱ πέντε μωραί 25, 48. ἐσθὴς δὲ καὶ πίνη. Marc. V, 3 est οὐδεὶς ἐδύνατο. Luc. III, 32. τοῦ Βοός, 35. τοῦ Σερούχ et τοῦ Φάλεγ VII, 4. ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξῃ τοῦτο XII, 16. εὐφόρησεν ἡ χώρα et v. 32. ηὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν Ioh. VII, 39. οὔ ἤμελλον et ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω VII, 52. post ἐγήγερται statim pergitur: Πάλιν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησεν λέγων (8, 12.) Praeterea notavi ἐνενήκοντα, χρεοφειλέται, τὰ δίδραχμα, Σολομών, Σολομῶντος, τί πρὸς σέ.

II.

Mt. VII, 29. ἦν γὰρ διδάσκων αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς VIII, 28. εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν XII, 29. ἐὰν μὴ πρῶτον δήσῃ τὸν ἰσχυρόν, καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει XIII, 33. ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου 13, 44. εὑρίσκει σχολάζοντα σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον

13, 52. *μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν* XVI, 3. *καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ διὰ Ἡρωδιάδα.* XIX, 16. *Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ἀγαθὸν ποιήσω ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον* XX, 30. *ἐλέησον ἡμᾶς κύριε υἱὸς δᾱδ.* XXI, 28. *ἄνθρωπος εἶχεν τέκνα δύο* XXII, 32. *οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν ἀλλὰ ζώντων.* Luc. III, 32. *τοῦ Ὠβὴδ* IV, 27. *Νεεμὰν ὁ Σύρος* et 31. *εἰς Καπερναούμ* VIII, 26. *εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν.* Ioh. VII, 52. *προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται.*

XV.

In clarissima bibliotheca ducali quae Guelpherbyti floret ex longo tempore celeberrimus est codex Originum Isidori. Celebritatis autem caussa non in his Isidori Originibus[1]) posita est, sed in iis quae sub Isidori textu scripta latent. Est enim codex rescriptus isque compactus ex variorum antiquissimorum codicum reliquiis, quarum pro summa similium monumentorum raritate nihil magis in laudem pervenit fragmentis Gothicis epistulae Pauli ad Romanos. Eruit haec fragmenta e litura palimpsesta forasque dedit ante annos fere centum vir ad promovendas litteras curiosissimus Franciscus Antonius Knittel.[2]) Quibus Gothicis fragmentis laude proximae sunt reliquiae duorum codicum Graecorum quibus olim quattuor evangeliorum textus continebatur. Etiam ad has eruendas edendasque Knittelii cura pertinebat: nisi quod plures paginas plane non legit, alias multis lacunis relictis, denique permulta quae edidit parum accurate, certe parum feliciter tractavit. Propterea nuper ipsi, quicquid eorum Novi Testamenti codicum et aetate et textu praestantissimorum superest, maximo cum studio pertractavimus: cuius studii eventum habuimus tantum ut nova quam dabimus editio nomine principis nuncupanda videatur. Sed ea de re nunc non explicatius dicendum est; dicemus enim propediem alibi. Pergimus autem ad reliquas eiusdem palimpsesti codicis partes, ad quas nonnihil curae contulimus.

Graece quidem scripta non sunt nisi Galeni fragmenta. Quae quot et quibus foliis inveniantur, iam e libro Knittelii satis disci potest. Longe eorum plurima, si cum aliis comparantur libris palimpsestis vel etiam cum partibus Graecis Novi Testamenti in eodem codice scriptis, non difficillima ad legendum sunt. Scripturae specimen a Knittelio exhibitum quum ab ipso codice nimium discedat, faciundum curavimus aliud et tabulae nostrae quartae praeposito numero VII. inserendum. Exarasse puto Galeni codicem cuius illa fragmenta supersunt, hominem sexti vel septimi saeculi.

Latinae vero scripturae quattuor distinguendae sunt. Prima est qua interpretatio continetur textui Paulino Gothico apposita, folia occupans quattuor. Hanc eadem tabula

[1]) Scripturae specimen exhibuit Mabillon in libro de re diplomatica pag. 351. tab. 4. nr. 1. Litterarum genus Saxonicum vocat; aliis Toletanum dicitur, in Hispania olim celebratissimum.

[2]) Libro suo hunc titulum fecit: Ulphilae versionem Gothicam nonnullorum capitum epist. Pauli ad Romanos. Venerandum antiquitatis monumentum pro amisso omnino atque adeo deperdito per multa saecula ad hunc usque diem habitum. E litura codicis cuiusdam ms. rescripti qui in augusta apud Guelpherbytanos bibliotheca adservatur una cum variis variae litteraturae monimentis huc usque ineditis eruit commentatus est datque foras Franc. Ant. Kn. (1762.)

quarta repraesentavimus numero V. Ipsum textum infra apponemus, quoniam non modo litterarum pallentium plus quam Knittelio assequi sed nonnulla etiam quae ille iam legit paullo rectius legere nobis contigit. Cf. fol. CCLXXVII. vers. v. 14 et 27; fol. CCLVI. vers. v. 8. 9. 10. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26; eiusdem recti v. 1; fol. CCLV. versi v. 1; recti 1. 10. 12; fol. CCLXXX. recti v. 3. 13. 17.

Duobus locis prima lectio mutata est: fol. 255. versi versu 4, ubi d littera lineae superscripta est, forma quidem paullo minori, eandem tamen nisi fallor aetatem referente. Fol. eiusdem recti versu 10. ex vestrum correctum est nostrum, manu satis antiqua, sed non ipsa prima ut videtur. Knittelius nihil nisi quod ab emendatione est viderat. Praeterea eodem folio versu 12. aesca est ut edidimus, alibi esca. Item, ut iam recte Knittelius ediderat, volumtas, in ira, spernes, cet. Є quod ad finem folii 280. adpinximus plane Graecam habet formam. Videtur ex numeris esse quibus quaterniones codicis numerabantur.

Altera est fragmentorum libri Iob folia octo occupantium, exhibita a nobis eadem tabula numero IV. Textus est Hieronymi interpretis, ab editis non ita diversus. Lectionis specimen infra dabimus, indicantes una quae quovis folio continentur.

Tertia viginti duo folia occupat, in quibus textus legitur libri Iudicum; certe enim quicquid legimus ad istum librum pertinet. Ea vero quae legimus infra addemus. Sunt etiam haec a textu Hieronymi. Scripturam expressimus tabula IV. numero III.

Quarta quae restat, prae reliquis omnibus latet, nec erit facile qui plene legat. Pertinent ad hanc omnia ea folia quae fugerunt aciem Knittelii, tria (211. 216. 276.) dicentis „semisepulta", alia septem (214. 217. 281. 319. 320. 321. 322.) „sepulta", alia denique praetereuntis silentio. Aliquot ex his folia chemicis adhibitis clariora reddere nobis licuit; nihilominus magna remanebat difficultas legendi. Inter alia legimus folio 211. verba haec, cum epist. ad Rom. cap. VII. conferenda:

peccatū ei dominabitur· neque sub lege est·
cessat enim circa eum auctoritas legis quia
liberatus est a peccato· quos enim reos te . . . . .
(v. 25.) sed ipsius dī providentiam secuti su
(v. 26.) mus per xpm.
(v. 27.) Nescitis cui exibetis vos servos ad oband . . . . .

Concludendum ex his videtur, fragmenta ista ad commentarium vel potius ad homiliam in epistulam ad Romanos scriptam pertinere. Scripturae ratio ea est ut Latinis prioribus, quas nescio an quinto et sexto saeculo adscribam, aetate paullulo cedere videantur.

Iam igitur dabimus loco primo (A) fragmenta versionis Latinae textui Gothico appositae, secundo (B) et tertio (C) fragmentorum libri Iob et libri Iudicum specimina.

FOLIUM CCLXXVII.

FOLIUM RECTUM.

— — — — —

et scientiae di
quam scrutabilia sunt
iudicia eius
et investigabiles
viae eius
— 7 Quis enim cognobit
7 sensum dni
7 aut quis illi
7 consiliarius fuit
7 aut quis
7 prior dedit illi
7 et reddetur ei
7 quoniam ex illo
7 et per ipsum
7 et in ipso omnia
7 ipsi gloria
in saecula· amen·
— Obsecro itaq· vos fratres
per misericordiam di
ut exhibeatis corpora vestra
hostiam vivam scam
placentem do
rationabile
obsequium vestru
nolite configurari
huic mundo

ROM. XI, 33— XII, 2.

FOLIUM VERSUM.

— — — — —

in novitate
sensus vestri
ut probetis
quae sit volumtas di
quod bonum
et beneplacitum
et perfectum
— Dico enim per gratiam di
quae data est mihi
omnib· qui sunt inter vos
non plus sapere
quam oportet sapere
sed sapere ad prudentia
et unicuique
sicut divisit ds
mensuram fidei
sicut enim
in uno corpore
multa membra
habemus
membra autem omnia
non eundem
actum habent
ita multi unum corpus
sumus in xpo
singuli autem alter

ROM. XII, 2—5.

FOL. CCLVI. INVERSUM.

FOLIUM VERSUM.

coram dō
sed etiam coram
hominibus
— Si fieri potest
quod ex vobis est
cum omnib· hominib·
pacem habentes
non vos ipsos
defendentes
karissimi
sed date locum irae
— Scribtum est enim
7 mihi vindictam
7 ego retribuam dicit dn̄s
7 Si esurierit inimicus tuus
7 ciba illum
7 et si sitierit
7 potum da illi
7 hoc enim faciens
7 carbones ignis
7 congeres
7 super caput eius
7 noli vinci a malo
7 sed vince
7 in bono malum
— Omnis anima potestatib·
sublimibus subdita sit

ROM. XII, 17 — XIII, 1.

FOLIUM RECTUM.

non est enim potest[as]
nisi a dō
quae autem sunt
a dō ordinatae sunt
itaque qui resistit
potestati
dī ordinationi resistit
qui autem resistunt
ipsi sibi
damnationem adqui
nam principes runt
non sunt timori bono
sed malo operi
vis autem
non timere potestatē
bonum fac
et habebis laudem ex illa
dī enim minister est tibi
in bonum
si autem malum feceris ti
non enim sine causa me
gladium portat
dī enim minister est
vindex
in ira
ei qui malum agit
ideoq· subditi estote

ROM. XIII, 1—5.

FOLIUM CCLV. INVERSUM

FOLIUM VERSUM.

ut et vi[vorum]
et mortuorum
dominetur
— Tu autem qui^{d} iudicas
fratrem tuum
aut tu quare spernes
fratrem tuum
omnes enim stabimus
ante tribunal xpi
— 7 Scribtum est enim
7 vivo ego dicit dns
7 quoniam mihi flectet om
ne genu
7 et confitetur
7 omnis lingua do
— Itaq· unusquisq· nostru
pro se rationem
reddet do
non ergo amplius
invicem iudicemus
sed hoc iudicate magis
ne ponatis
offensionem fratri
aut scandalum
— Scio et confido in dno ihu
quia nihil commune
per se ipsum
nisi ei qui existimat

ROM. XIV, 9—14.

FOLIUM RECTUM.

quid commune [esse]
illi commune est
nam si propter escam
frater tuus contrista
tur
iam non secundum cari
tatem ambulas
noli esca tua
illum perdere
pro quo xps mortuus est
non ergo blasfemetur
no
bonum vestrum
non est enim regnum di
aesca et potus
sed iustitia eet pax
et gaudium
in spu sco
qui enim in his
servivit xpo
placet do
et probatus est
hominibus
— Itaque
quae pacis sunt
sectemur
et q· aedificationis sunt
in invicem custodiamus
noli propter escam
destruere opus di

ROM. XIV, 14—20.

FOLIUM CCLXXX.

FOLIUM RECTUM.

— — — — — —

inproperantium
tibi caeciderunt super m[e]
— Quaecumq· enim
praescribta sunt
ad nostram doctrina
scribta sunt
ut per patientiam
et consolationem
scributurarum
spem habeamus
ds autem patientiae
et solacii
det vobis id ipsum sapere
in alterutrum
secundum xpm ihm
ut unianimes in uno ore
honorificetis dm
et patrem dni
ni ihu xpi
propter quod suscipite
invicem
sicut et xps
suscepit vos
in gloriam di
— Dico enim xpm ihm
ministrum fuisse

FOLIUM VERSUM.

— — — — — — —

propter veritatem di
ad confirmandas
promissiones patru
gentes autem
propter misericordia
honorare dm
— Sicut scribtum est
7 propter hoc confitebor
7 in gentibus dne tibi
7 et nomini tuo
7 cantabo
— Et iterum dicit
7 laetamini gentes
7 cum plebe eius
— Et iterum dicit
7 laudate omnes gentes dnm
7 et magnificate eum
7 omnes populi
— Et iterum eseias ait
7 et erit radix iesse
7 qui exsurget
7 regnare gentibus
7 in eo gentes sperabunt
— Ds autem spei
repleat vos
omni gaudio

— e —

FOLIUM CCLXXXIV.

FOLIUM RECTUM.

— — ens autem — — — — — —
usque quo loqueris talia et spiritus
multiplex sermone oris tui·
numquid d̄s̄ supplantat iudicium
et omni·p̄s̄· subvertit quod iustum est·
Etiam si filii tui peccaverunt ei et
dimisit eos in manu iniquitatis
suae· tu tamen si diluculo con
surrexeris ad d̄m̄· et omnipoten
tem fueris depraecatus·
si mundus et rectus incesseris
statim evigilabit ad te et pacatū
reddet habitaculum iustitiae tuae·
In tantum ut priora tua fuerint
parva et novissima tua multi
plicentur nimis· interroga enī
generationem pristinam et dili
genter investiga patrum memoriā·
Hesterni quippe sumus et ignora
mus quoniam sicut umbra dies
nostri sunt super terram·
Et ipsi docebunt te· loquentur tibi
et de corde suo proferent eloquia·
numquid virere potest scirpus

FOLIUM VERSUM.

absque humore· aut crescere carec
tum sine aqua· cum adhuc sit
in flore nec carpatur manu an
te omnes herbas arescit·
sic viae omnium qui obliviscuntur
d̄m̄ et spes ipocritae peribit·
non ei placebit vaecordia sua
et sicut tela aranearum fiducia
eius· innitetur super domum
suam et non stabit· fulciet eam
et non consurget· umectus vi
videtur antequam veniat sol
et in ortu suo germen eius egre
dietur· super acervum petrarū
radices eius densabuntur et in
ter lapides commorabitur·
si absorbuerit eum de loco suo ne
gabit eum et dicet non novi te·
haec est enim laetitia viae eius
ut rursum de terra alii germi
nentur· d̄s̄ non proiciet sim
plicem nec porriget manum ma
lignis donec impleatur risu os
tuum et labia tua iubilo·

Quae mira in his — si excipis fol. rect. v. 3. *sermone*, v. 4. *et*, v. 14. *ut priora* — consensio cum editis est, ea satis probat quanta antiquitatis laude excellat textus libri Iob Romae editus. Septem foliis reliquis haec continentur: fol. CCLXXXV. Iob. 3, 6—4, 2; fol. rectum incipit a verbis: *sideat· non computetur in diebus;* extrema sunt: *cessaverunt a tumultu· et ibi requi;* pergit fol. versum: *everunt fessi robore· et quonda*, usque: *sermonem tenere quis possit.* Fol. CCLXXXVII. Iob. 4, 3—5, 1; fol. rectum: *ecce docuisti multos et manus las — visionis nocturnae quando solet;* fol. versum: *sopor occupare homines· pavor — voca ergo si est qui tibi responde ‖ at· et ad aliquem scorum conver ‖ tere.* Fol. CCCXXVI. Iob. 5, 2—5, 24; fol. rectum: *Vere stultum interficit iracundia — eorum quod coeperant;* fol. versum: *qui adpraehendit sapientes in astu — tuum· et bestiae terrae pacifi ‖ cae erunt tibi· et scies quod.* Fol. CCCXXXII. Iob. 5, 24—6, 14; fol. rectum: *pacem habeat tabernaculum tuu — aut mugiet bos· cum ante praese ‖ pe plenum steterit;* fol. versum: *Aut poterit comedi insulsum quod — derelinquet· fratres mei prae ‖ terierunt me sicut torrens qui.* Fol. CCCXXVII. Iob. 6, 15—7, 4; fol. rectum: *raptim transit in convallibus — veritatis cum e vobis nullus ‖ sit qui possit arguere.*[1]) *Fol.* CCCXXXIII. Iob. 7, 4—7, 21; fol. rectum: *vesperam et replebor doloribus — numquid mare sum ego aut cetus ‖ quia circumdedisti me carcere;* fol. versum: *si dixero consolabitur me lectulus — dormiam· et si mane me quae ‖ sieris non subsistam.* Fol. CCLXXXVI. Iob. 8, 22—9, 20; fol. rectum: *qui oderunt te induentur confusi — non videbo· si abierit non intelle ‖ gam eu·* fol. versum: *si repente interroget quis respon — ero· os meum condemnabit me· ‖ si innocentem ostendere*[2]) *· pravu*[3]).

[1]) Non additum est *me.*

[2]) Sic, non *ostendero.* Item paullo ante *intellegam cum* ab editis differt ubi *eum* deest.

[3]) Vacuo hoc spatio ita uti placet ut mentionem iniiciam codicis evangeliorum Latini Taurinensis, septimi ut videtur saeculi, cuius indolem mihi olim scire cupienti vir cl. Amad. Peyron plura lectionis exempla misit. Sunt ea ita comparata ut saepe confirment codices versionis Hieronymi praestantissimos Amiatinum et Fuldensem, passim vero ab emendatore nescio quo profecta videantur, quippe quae ab editione Romana pariter atque a plerisque antiquis codicibus discedant. Praeterea singulare hoc est quod passim Marci textui supra lineam adscripta sunt quae locis Matthaei geminis leguntur. Ex capitibus Marci quattuor haec cum lectionibus Amiatinis conveniunt: 1, 2. ecce mitto *absque* ego, *ibidem desunt verba* ante te; v. 2. *est* et egrediebantur ad illum, *item* Iordane flumine; v. 19. in navi conponentes retia; v. 27. quae doctrina haec. 2, 5. peccata *sine* tua; v. 22. vinum novellum; v. 23. cum sabbatis *sine* dominus, *item* coepissent praegredi. 3, 29. non habet remissionem. 4, 1. ut in navem ascendens, v. 4. volucres *sine* caeli, v. 6. non haberet radicem, v. 11. est scire mysterium; v. 29. et cum se produxerit. Alterius generis sunt: 1, 16., ubi ad „Simonem“ supra lineam additur: „qui dicitur Petrus;“ v. 19. ubi ad „in navi“ eodem modo additur „cum zebedeo patre ipsorum;“ item 2, 23. ad „spicas“: „et manducare,“ item 2, 26. ante „sacerdotibus“: „solis.“ Tertii generis sunt: 1, 30. ei de ipsa. v. 36. persecutus est, v. 40. domine, si vis, v. 41. extendens 2, 24. faciunt discipuli tui sabbatis 3, 9. ut in navicula sibi deservirent, v. 26. dispertitus erit et non potest stare 4, 10. cum eo erant discipuli parabolas v. 26. si faciat homo sementem, v. 34. sine parabolis autem.

FOLIUM CCLXXXIII.

FOLIUM RECTUM.

Noluit
efraim etiam non interfecif
chananeum qui habitabat
in gazer
sed habitabit cum eo zabulon
non delebit habitatores
caetron et naalon
sed habitabit chananeus in
medio eius factusque est ei
tributarius
aser quoque non delevit habi
tatores achacho et sidonis
alabh et achazib et albha
et afech et rohob
habitavitque in medio chana
nei habitatoris illius terrae
nec interfecit eum
neptali non interfecit habitatores

FOLIUM VERSUM.

Bethsemes et bethanath
et habitavit inter chananeu
habitatorem terrae
fueruntque ei bethsemitae
et baethanitae tributarii
artavitque amorreus filios
dan in montem
nec dedit eis locum ut ad pla
niora descenderent
habitavitque in montem
hares quod interpretatur
testaceo
in ahilon et sadalin
et aggravata est manus domus
ioseph factusque est ei
tributarius
fuit autem terminus amorrei
ab ascensu scorpionis petra

FOLIUM CCLXXXII.

FOLIUM RECTUM.

Necionem caderet
sisara autem fugiens perve
nit ad tentorium iahel
uxoris aber cinaei
erat enim pax inter iabin
regem asor et domum
aber cinaei
egressa igitur iahel in occur
sum sisarae dixit ad eum
intra ad me domine mi intra
qui ingressus tabernaculum
eius et opertus ab ea pallio
dixit ad eam
da mihi obsecro paululum
aquae quia valde sitio
quae aperuit utrem lactis
et dedit ei bibere et operuit
illum dixitque sisara ad ea

IUDICUM IV, 16 — 20.

FOLIUM VERSUM.

Sta ante ostium tabernaculi
et quum venerit aliquis inter
rogans te et dicens
numquid hic est aliquis
respondebis nullus est
tulit itaque iahel uxor aber
clavum tabernaculi
assumens pariter malleum
et egressa absconse et cum
silentio posuit supra tem
pus capitis eius clavum
percussumque malleo defixit
in cerebrum usque ad terra
qui soporem morti socians
defecit et mortuus est
et ecce baraac persequens
sisaram veniebat
egressaque iahel in occursum

IUDICUM IV, 20 — 22.

FOLIUM CCLXXXXIX.

FOLIUM RECTUM.

Dixitque ei gedeon
obsecro dn̄e si nobiscum est
dn̄s qu^{r}um apprehenderunt
nos haec omnia
ubi sunt mirabilia eius quae
narraverunt patres
nostri atque dixerunt
de aegypto eduxit nos dn̄s
nunc autem dereliquit nos
et tradidit in manibus
mazian
respexitque ad eum dn̄s et ait
vade in hac fortitudine tua
et liberabis israhel
de manu mazian
scito quod miserim te
qui respondens ait
obsecro dn̄e mi in quo liberabo

FOLIUM VERSUM.

Israhel
Ecce familia mea infirma est
in manasse
et ego minimus in domo
patris mei
dixitque ei dn̄s ego ero tecum
et percuties mazian
quasi unum virum
et ille si inveni inquit gratiam
coram te
da mihi signum quod tu sis
qui loqueris ad me
ne recedas hinc donec re
vertar ad te
portans sacrificium et offe
rens tibi
qui respondit ego praestola
bor adventum tuum

XV.

In eadem bibliotheca Guelpherbytana alius est liber palimpsestus antiquissimus, bis Latine scriptus.[1]) Scriptura quae priore deleta membranam occupavit opus continet quod Prosperi Aquitani esse vulgo olim creditum est, quum potius sit Iuliani Pomerii Arelatensis, inscriptum de vita contemplativa. Quam scripturam recte saeculo septimo adscribere solent. Ea vero multo antiquior est prior scriptura, a nobis specimine expressa tabula IV. numero II. Ista quin quinti saeculi sit, haud dubito. Continet fragmenta lectionarii, lectionibus quum e Veteri tum e Novo desumptis Testamento. Singulis lectionibus passim interpositae sunt notae, quibus cantus lectioni interiiciendus indicari videtur. Ita fol. 71. rect. inter Hebr. 13, 21: *ds autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti aeterni dnm nostrum ihm aptet vos in omni bono ut faciatis voluntatem eius, faciens in vobis quod placeat coram se per ihm xpum cui gloria in saecula saeculorum*, et Ioh. 10, 9. *In tempore illo ait dns ihs discipulis suis· Ego sum ostium· per me si quis introierit salvabitur*, interposita sunt verba haec: *exaltari electum de populo meo.* Item fol. 74. verso post verba: *sed haec loquutus sum vobis ut cum venerit hora eorum reminiscamini quae* (si recte vidi) *ego dixi vobis.* Ioh. 16, 2., antequam sequitur: *Lectio isaiae prophetae· haec dicit dns*, interiecta est nota: *iustus maiore.* Rursus aliae notae textui similiter interpositae rationem liturgicam habent aliam, ut fol. 71. verso inter verba: *et nemo potest rapere de manu patris mei· ego et pater unum sumus*, Ioh. 10, 30 et ea quae sequuntur: *Lectio esaiae profetae· haec dicet dns· levate in excelsum oculos vestros*, interposita leguntur verba: *inponit sacerdos memoriale.* Sunt haec, ni fallor, eiusmodi ut adiuvent indagantes quae antiquissima ecclesiae Latinae liturgia fuerit. Quam ad rem codex Guelpherbytanus eo est gravior quum ipsum Gallicanum lectionarium aetate superare propterea que antiquissimum librorum eius generis exemplum esse videatur. Non dubium est quin totum codicem ea qua in excutiendis libris palimpsestis opus est patientia subtilitateque pertractaturis multo plures inveniendae sint notae liturgicae. Ita ad tres iam relatas accedit quarta folii 73. versi versu 20; item quinta fol. 77. vers. ab initio.

Textus lectionum mirum hoc habet quod, quum plerumque cum Hieronymo interprete consentiat, passim ab eo magna cum licentia discedit. Quam ad rem valuisse videtur lectionariorum natura; in libris enim ecclesiasticis praesertim antiquissimis non tanta quanta in codicibus continui textus anxietas obtinuit integritatis textus conservandae. Tamen pro ea qua lectionarium Guelpherbytanum est cognatione cum quibusdam Italae quam vocant versionis testibus plura quae ab Hieronymi usu diversa habet ab antiquiore recensione pendere videntur. Quae lectionarii ratio quo melius iudicari possit, adscribam aliquot paginas integras, item plures locos et lectiones in quibus memorabile aliquid inest. Pagina folii LXXVII. sic habet:

[1]) Breviter iam de eo et de utraque eius scriptura exposuit Knittelius in Commentarii sui ad Ulphilae textum appendice l. l. pag. 507—509. Codicem dicit LXXVI. Weissenburgensem. De quo quae scripsit, pleraque recte habent.

non derelinques animam meam

In tempore illo cum adpraehendissent principes sacerdotum scribae et farisaei dnm ihm ut eum morti traderent· expuerunt in faciem eius et colaphis eu ceciderunt· alii autem palmas in faciem ei dederunt dicentes prophetiza nobis xpe quis est qui te percussit· petrus vero sedebat foris in atrio et accessit ad eum una ex ancillis et dixit· et tu cum ihu galilaeo eras· ad ille negavit coram omnibus dicens nescio quid dicis neque intellego· exeunte autem illo iannam vidit eum unus ex servis principis sacerdotum cognatus eius cuius abscidet petrus auriculam· nonne ego te vidi in horto cu illo· et iterum negavit cum iuramento non novi hominem· et post pusillum accesserunt qui ibi stabant et dixerunt petro vere ex illis es tu· nam et loquella tua similis est· tunc coepit devotare et iurare quod non novisset hominem·

Et continuo gallus cantavit· et respexit eum dns ihs et memoratus est petrus verbum ihu quod dixerat· prius quam gallus cantet ter me negabis·

Et egressus foras amarissime ploravit· mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus dnm ihm ut eum morti traderent· et adduxerunt eum ad[1]) caipha in praetorium· erat autem mane·

[1]) Sic in schedis meis.

MATTH. XXVI, 67—70. 71. cum Ioh. 18, 26. 73—XXVII, 1. Ioh. 20, 28.

Quemadmodum in hac lectione textus Matthaei ex Iohanne interpolatus atque ex utroque nova quasi narratio contexta est, ita quae lectio fol. 73. et rect. et vers. ex priore ad Timotheum epistula desumpta est, varios eius et alterius epistulae locos in novum ordinem redactos exhibet. Habet enim sic:

ait dns ds

Fidelis sermo et omni acceptione dignus· quia si quis
episcopatum desiderat· bonum opus desiderat·
Oportit[1]) ergo episcopum inreprehensibilem esse
unius uxoris virum· castum· vigilantem· sobrium
pudicum prudentem ornatum hospitalem· doctore
non vinolentum· non percussorem· sed modestu
non litigiosum· non superbum non copidum· non
avarum· suae domui bene propositum· filios
habentem subditos· cum omni castitate· Si quis
autem domui suae praeesse nescit· quomodo ecle[2])
siae di diligentiam habebit·
tu autem sollicite cura te ipsum probabilem exhibere
do operarium inconfusibilem recte tractantem
verbum veritatis· adtende lictioni exhortatio
ni adque doctrinae· noli neclegere gratiam quae
in te est quae dabitur per prophetiam cum inpo
sitione manuum· haec medetare· in his esto ut pro
fectus tuos manifestus sit omnibus· manus cito
nemini inposueris neque communicaveris pecca
tis alienis· adtende tibi et doctrinae· insta in illis
hoc enim faciens et te ipsum salvum facies et qui te
audiunt· Si enim bene ministraveris· bonum gra
dum adquires· et multam fiduciam in fide quae est
in xpo ihu dno nostro·

[1]) Eiusmodi formas iste codex saepe habet. Cf. antea v. 12. *abscidet*, infra *dicet*.
[2]) Ita in codice scriptum est. Item v. 15. *lictioni*, v. 16. *adque* et *neclegere*, v. 18. *medetare*, v. 19. *tuos*.

Cf. haec ad I. Tim. 3, 1—5. II. 2. 15. I. 4, 13—16. 5, 22. 4, 16. 3, 13.

Fol. 73. verso Ioh. 21, 15—17. sic legitur:

In tempore illo ait dns ihs petro· Symon iohannis
amas me· dicit illi utique dne· ait illi pasce agnos meos
dicet ei iterum· symon iohannis amas me· ait illi utiq'
dne tu scis quia amo te· dicit ei pasce oves meas
dicit ei tertio· symon iohannis amas me· contris
tatus est petrus quia dixit ei tertio amas me [1])
Et dicit ei dne tu omnia scis· tu nosti quia amo te·

Fol. LXXVII. recto legitur Matth. V, 22 sqq. Ibi v. 22. deest *ignis*, v. 23. est *offeres*, v. 24. *vade prius reconciliari*, v. 27. *moecaberis* posteaque *moecatus*, v. 28. *dico vobis quoniam omnis*, v. 29. *proice:* ita hoc verbum cum similibus semper; v. 30. *expedit tibi.* Versus 31. et 32. praeteriti sunt. Versu 33. est *non iurabis.* De lectione e Iohannis capite 10. sumpta fol. 71. iam supra dixi. Inde notabilia inprimis haec sunt: v. 12. non omittit *autem* invitis Amiatino et Fuldensi codicibus, v. 15. habet *et ego cognosco patrem*, ibidem *meis* non omittit; v. 16. *audiunt*, item *fit unus grex.* Fol. LXXIV. verso legitur Ioh. 15, 17—25. 16, 1—4. Versu 17. est *ut diligatis invicem sicut dilexi vos*, v. 20. *sermones*, item *prosequuti*, v. 22. *loquutus eis fuissem*, v. 25. *ut impleatur*, item *scribtus*, item *me habuerunt.* 16, 2. *se obsequium*, v. 4. *quae ego dixi vobis.* (Antea v. 3. non omittit *vobis.*) Fol. LXXXV. legitur Ioh. 20, 26 sqq. Versu 26. est *pax vobiscum*; v. 28. omittit *Thomas*, v. 29. est *dicit ei dominus Iesus.* Fol. XC. legitur 1. Cor. 7, 29 sqq. Versu 29. est *ut qui habent*, v. 32. *qui sene uxore*, v. 33 sq. *quomodo placeat uxori· et virgo quae innupta est cogitat quae*, item *sancta et corpore;* v. 35. verba: *et quod facultatem — obsecrandi* praetermittuntur. Versu 37. est *potestatem autem habet.* Fol. LXXXIX. legitur 1. Cor. 15, 51—58. Versu 51. est *resurgimus;* v. 52. *canit enim et*; v. 53. *incorruptellam.* Orthographica sunt: *inmortalitatem*, *inmobiles*, *absorta.* Fol. LXXXVIII. est Col. 3, 1 sqq. Ibi legitur v. 1. *consurrexistis Christo* et v. 3. *abscondita est.* Fol. XIX. legi Eph. II, 10—17. Ibi v. 12. est *in mundo*, v. 15. *in semet ipsum.* Cum hoc folio cf. LXXXXII, ubi idem epistulae ad Ephesios locus habetur. Fol. LXXVIII. legitur Hebr. XII, 28—XIII, 10. indeque usque XIII, 17. 21. pergitur folio LXXI. Versu 1. est *maneat* absque *in vobis;* v. 9. *enim est gratia stabiliri*, v. 21. *voluntatem eius*, item *cui gloria.* De orthographicis notabilia haec: *regnum inmobilem*, *emitamini*, *conubium*, *beneficientiae.* Fol. LXXXV. legitur Iacob. I, 2 sqq. Ibi v. 4. est *habeat*, v. 5. *sapientiam*, sed antea invitis Amiat. et Fuld. codd. retinetur *in temptationes varias.* Locum Actorum IV, 9—12. folio LXXIX. scriptum plene addam:

[1]) Inde a *contris* usque *amas me* omnia super rasuram rescripta sunt.

redarguimur in benefacto hominis languidi in quo
hic sanatus sit· notum sit omnibus vobis et omni
plebi isrl quia in nomine ihu xpi nazorei quem
vos crucifixistis quem ds suscitavit a mortuis·
in ipsius nomine virtutes operamur et in hoc
iste adstat coram vobis sanus· hic est lapis qui re
probatus est a vobis aedificantibus qui factus
est in capud anguli et non est in alio ullo salus
neque enim est aliut nomen sub caelo datu
hominibus in quo oportit nos salvos fieri

Ceterum eadem textus indoles est locis ex Vetere Testamento allatis. In iis locus Iesai. 40, 26 sqq. folio LXXIV. scriptus multas ob caussas memorabilis est.

Levate in excelso oculos vestros et videte eum qui e ducit in numero milia hominum et omnes ex nomi ne vocat· quare dices iacob et loqueris isrl abscondita est via mea a dno· et a do meo iudiciu meu transibit· numquid nescis aut non audisti· ds sem piternus dns qui creavit terminos terrae non defi ciet neque laborabit· nec est investigatio sapientiae eius· qui dat lassis virtutem et his qui non sunt for titudinem et rubur multiplicat· deficient pueri et laborabunt· et iuvenes in infirmitate cadent· qui autem sperant in dum mutabunt fortitudine adsument pinnas sicut aquilae· current et non la borabunt· ambulabunt et non deficient· taceant ad me insulae et gentes mutent fortitudinem· adcedant et tunc loquantur· simul ad iudicium propinquemus· et vos servi mei quos eleli[1]) ne ti meatis quia vobiscum ego sum et ne declinetis

[1]) Sic, vitio scribentis, pro *elegi.*

quia ego ds̄ vester confortavi vos et auxiliatus
sum vestri et suscepi vos de terra· ecce confun
dentur et erubescent omnes qui pugnant adver
sum vos· et erunt quasi non sunt et peribunt
viri qui contradicunt vobis· quaerites eos et non
invenietis viros rebellantes vobis· erunt quasi
non sint· et velut consumptio homines bellan
tes adversum vos· quia ego dn̄s ds̄ adpraehen
dens manum vestram· posui vos quasi plaus
trum triturans novum habens rostra serran
tia· vos ergo ne timeatis neque paveatis quia ego
custodivi vos

XVI.

DE EVANGELIORUM CODICE GRAECO GUELPHERBYTANO XVI, 16.

Esse in bibliotheca Guelpherbytana etiam Graecum evangeliorum codicem, dudum inter viros doctos notum est. In codicum indicem receperunt et Griesbachius et Scholzius numero 126. insignitum, saeculo adscriptum undecimo, quod non improbo; addidit quoque Scholzius ex Alexandrino eum genere esse: sed lectiones codicis paucissimae tantum Knittelio auctore inter viros criticos hucusque innotuerunt. Propterea nuper nactus otii aliquid operam dedi ut qua esset indole, quo pretio, cognoscerem accuratius. Nec reperi indignum cura critica: eiusmodi enim est ut multa contineat ex antiquissimis fontibus derivata. Tamen non omnia quae a plerisque testibus differunt antiquitatem magis quam negligentiam produnt, atque insuper recentiorum temporum ratio locis multis cum antiquiore mixta est. Inprimis notabilia sunt quae cum paucis tantum testibus iisque antiquis communia habet, cuiusmodi est Matth. 28, 7. *καθὼς εἶπεν ὑμῖν*, qua in lectione duos modo Latinos codices, Graecum nullum assentientes habet. Adscribere autem placet textus specimina quae excerpsimus omnia. Quibus lectionibus longe plerisque manu quadam satis recenti lectio recepta quam vocant in margine adscripta est.

Matth. I, 18. confirmat *γέννησις* II, 6. habet *ἐξ οὗ γὰρ* 8. *προσκυνήσω αὐτόν* 11. habet *εἶδον* 12. om. *δι' ἄλλης ὁδοῦ* III, 3. habet *τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου* 4. *αὐτὸς δὲ Ἰωάννης* III, 8. *καρπὸν ἄξιον* IV, 4. *γέγραπται ὅτι οὐκ*, ibidem confirmat *ἄνθρωπος* absque articulo 18. om. *ὁ Ἰησοῦς* 22. habet *ἀφέντες τὰ δίκτυα* V, 23. *καὶ ἐκεῖ* 27. om. *τοῖς ἀρχαίοις* 31. habet *ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσει* 44. *τοῖς μισοῦσιν* 47. *τοὺς φίλους* et *τὸ αὐτό* VI, 18. om. *ἐν τῷ φανερῷ* VII, 14. habet *τί στενή* VIII, 15.

διηκόνει αὐτῷ 25. *προσελθόντες οἱ μαθηταί* IX, 14. *οἱ δὲ σοὶ μαθηταί* 27. om. *αὐτῷ* 36. habet *ἐρριμμένοι* X, 4. *ὁ* (sic) *καὶ παρέδωκεν* 8. om. *νεκροὺς ἐγείρετε* 10. habet *ῥάβδους* 25. *ἐπεκάλεσαν* et *οἰκειακούς* 28. *ἀποκτενόντων* 39. *ὁ εὑρ. τ. ψ. αὐτ. σῶσαι* 42. *ψυχροῦν* a prima manu XI, 15. *παιδίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις* et *τοῖς ἑτέροις* 21. *χοραζίν* et *βηθσαιδᾶ* (hoc. acc.) XII, 3. *ἐπείνασεν* absque *αὐτός* 6. *μεῖζον* 8. *ἐστιν τοῦ* absque *καί* 13. confirmat *ἀποκατεστάθη* 21. *τῷ σῷ ὀνόματι* 29. *διαρπάσῃ* 32. *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι* 35. om. *τῆς καρδίας* et *τά* ante *ἀγαθά* 44. *καὶ ἐλθών* 45. *καὶ τότε πορ. κ. λαμβάνει* 47. om. versum XIII, 1. *ἐλθών* 14. *αὐτοῖς*, item *ἡ προφητεία* absque *Ἠσαΐου* 33. *ἐλάλησεν αὐτοῖς λέγων* 35. *ἀποκεκρυμμένα* 40. *καίεται* XIV, 26. *ἐπὶ τῆς θαλάσσης* 28. om. *πρὸς σέ* XV, 5. *τὴν μητέρα* absque *αὐτοῦ* 25. *προσελθοῦσα προσεκύνησεν* 32. *ἡμέραι* XVI, 28. *τῶν ὧδε ἑστώτων* XVII, 2. *ἐγένοντο* XVIII, 6. *εἰς τὸν τράχηλον* 11. *ζητῆσαι καὶ σῶσαι* 29. *καὶ ἀποδώσω σοι* 31. *ἑαυτῶν* XIX, 9. *μὴ ἐπί* absque *εἰ* 19. *τὸν πατέρα* absque *σου*, tum *ὡς ἑαυτόν* 26. om. *τοῦτο*, item om. *ἐστίν* 28. *ἐπὶ δώδ. θρόνων* XX, 2. *καὶ συμφωνήσας* et *ἐργατῶν αὐτοῦ* 3. om. *τήν* et *ἐν τῇ ἀγορᾷ* 9. *ἀπελθόντες* 23. *ἡτοίμ. παρὰ τοῦ* 25. om. *καὶ οἱ μεγ. κατεξουσ. αὐτῶν* XXI, 8. *τὰ ἱμάτια αὐτῶν* 21. *ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως* 26. om. *οὖν* 36. *ἐποίησαν ὡσαύτως* absque *αὐτοῖς* XXII, 10. *πάντας οὓς* 16. *τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου* 23. om. *οἱ* XXIII, 30. bis *ἤμεθα* XXIV, 2. *ὃς οὐ καταλυθ.* 9. *πάντων τῶν ἐθνῶν* 15. confirmat *ἑστώς* 17. *τὰ ἐκ τῆς* 20. *μηδὲ σαββάτῳ* 24. om. *μεγάλα* 30. om. *τοῦ υἱοῦ* 32. *ἐκφύῃ* 36. *καὶ ὥρας* 45. *ὃν κατ. ὁ κύρ. αὐτόν* 49. *ἐσθίει δ. κ. πίνει* 51. *ὑπηρετῶν* pro *ὑποκριτῶν* XXV, 1. *τοῦ νυμφῶνος* 3. *λαμπάδ. αὐτῶν* 7. om. *ἐκεῖναι* 9. *μή ποτε οὐκ ἀρκέσει* 44. om. *αὐτῷ* XXVI, 33. *Εἰ πάντες* et *ἐγὼ δὲ* 35. *οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ*, omisso *εἶπον* 36. *γεσσημανεῖ* 48. *Ὃν ἐὰν* 50. *ἐφ' ὃ* 52. *ἐν μαχαίρ. ἀποθανοῦνται* 63. *εἰ σὺ* omisso *εἰ* 74. *καταθεματίζειν* XXVII, 30. *ἔτυπτον τὴν* 33. *γολγοθᾶ* (hoc acc.) *ὅ ἐστιν* 35. om. *ἵνα πληρωθῇ* usque *κλῆρον* 46. *ἠλὶ, ἠλὶ, λιμὰ σαβαχθανεί* 64. *νυκτὸς κλέψουσιν* XXVIII, 7. *καθὼς εἶπεν ὑμῖν* pro *ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν* 10. *καὶ ἐκεῖ* 19. om. *οὖν*. Subscripta habet haec: *συνεγράφει τὸ κατὰ ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον μετὰ ὀκτὼ χρόνους τῆς χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἀναλήψεως· ἐξεδόθη εἰς ἰλημ φωνῇ τῇ ἑβραΐδι· στίχοι, βχ·*

Multo pauciora lectionis exempla ex evangeliis reliquis excerpsimus. Marci evangelium inscriptum habet: *ἀρχὴ τοῦ κατὰ μάρκον ἁγίου εὐαγγελίου.* I, 5. est *ἐξεπορεύοντο*, ibidem om. *πάντες* 13. om. *ἐν τῇ ἐρήμῳ* 14. om. *ὁ* ante *Ἰησοῦς* 15. habet *λέγων* absque *καί* 28. *μετὰ δὲ Ἰακώβου* II, 7. *οὕτως*, non *οὕτω* 14. *λευί* III, 5. *τὴν χεῖρα* absque *σου*, item *ἀπεκατεστάθη* 20. *συνέρχονται* 29. *βλασφημήσει* IV, 4. om. *τοῦ οὐρανοῦ* 7. *εἰς τὴν γῆν καλήν* 8. ter *ἐν* 9. om. *αὐτοῖς* 13. *καὶ πῶς γνώσεσθε τὰς παραβολάς* 15. om. *δέ* 18. om. *οὗτοί εἰσιν* 30. *παραβάλλομεν* 33. *ἐδύναντο* V, 3. *ἐδύνατο* 4. *αὐτ. ἴσχυσε* 6. *προσεκύνει αὐτῷ* 11. *πρὸς τῷ ὄρει* 16. *οἱ ἰδόντες* 40. *εἰσπορεύονται* et in fine *κατακείμενον* VI, 11. om. *ὑμᾶς* 17. *ἐν φυλακῇ* 18. *ἔχειν γυναῖκα* VII, 35. *ἀνεώχθησαν* VIII, 24. *ἀνθρώπ. ὅτι ὡς* 25. confirmat *ἀποκατεστάθη* et *ἅπαντας* 26. *εἰς οἶκον αὐτοῦ* IX, 50. *ἀρτύσεται* X, 27. *παρὰ θεῷ* et *δυν. ἐστ. παρὰ τῷ πιστεύοντι θεῷ* 28. *ἤρξ. δὲ ὁ Πέτρ. λέγειν* XI, 18. *ἀπολέσωσιν* 31. *διὰ τί* absque *οὖν* XII, 1. *ἐν παραβ. λέγων* 14. om. *ἀνθρώπων*.

Luc. I, 2. om. *γενόμενοι* II, 28. *ἐδέξατο αὐτόν* III, 23. *ὡς ἐτῶν*, ibidem *ἠλεί* 24. *μελχεί* 25. *ἐσλεί*, *ναγγέ* 26. *σεμεεί* 27. 28. 31. *ῥησά*, *ἤρ*, *μελεά*: his accentibus 28. *μελχεί* 29. *λευεί* 31. *δαείμ* (sic)

32. *ναασών* 33. *ἀμιναδάμ*, item *τ. ἀράμ τ. ἰωράμ* 35. *σερούχ*, item *φαλέγ* IV, 9. *Εἰ υἱός* 18. *εὐαγγελίσασθαι* et *εἵνεκεν* 38. *πενθερὰ δέ* V, 13. *εὐθ. ἐκαθαρίσθη ἡ λέπρ. ἀπ' αὐτ.* 25. *ἐφ' ὅ* 36. *τὸ ἀπό* VII, 9. *οὔτε* 37. *ἐν τῇ πόλ. τις ἦν* VIII, 8. *καρπ. ἑπταπλασίονα* IX, 58. *κλίναι* XI, 26. *ἐλθόντα* XVIII, 2. *ἐν τῇ πόλει* XXII, 12. *ἀνάγαιον* XXIII, 35. *ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐκλεκτός*.

Ioh. I, 10. om. *καὶ ὁ κόσμ. δ. α. ἐγέν.* 29. om. *ὁ Ἰωάνν.* 38. om. *δέ* 49. om. *ὁ* ante *Ἰησοῦς* II, 16. *μὴ ποιῆτε* 17. *καταφάγεται* 18. om. *οὖν οἱ* III, 12. *πιστεύσητε* 15. *ἔχει* IV, 3. om. *πάλιν* 25. *μεσίας* 28. om. *αὐτῆς* 35. om. *ἔτι*, ibidem habet *τετράμηνος* 40. *ἔμειναν* 47. *ἔμελλεν* V, 19. om. *ἄν* 34. habet *παρὰ ἀνθρώπων* 35. *ἀγαλλιαθῆναι* VI, 10. *ἀνέπεσαν*, ibidem om. *οὖν* 39. *ἀναστήσω αὐτὸν τῇ ἐσχ. ἡμ.* 42. om. *Ἰησοῦς* 45. *διδακτοὶ θεοῦ* et *ἀκούων* 70. om. *ὁ Ἰησοῦς* 71. *ἔμελλεν* VII, 12. *ἄλλοι ἔλεγον* 39. *ὅ* pro *οὗ* 40. *τῶν λόγων* VIII, 6. *ἔγραψεν* 7. *πρῶτον ἐπ' αὐτ. λίθ. βαλ.* 8. *ἔγραψεν* 9. *ἐν μέσῳ οὖσα* 10. om. *ἡ γυνή* 11. *κρινῶ* hoc accentu.

XVII.

In pluribus itineribus meis ad pervestigandos bibliothecarum libros mss. susceptis operam etiam dedi excutiendis Philonis Iudaei codicibus. Feci id potissimum auctore et suasore Christ. Gottl. Leber. Grossmanno, quo nemo est qui plus studii aut amoris, plus diligentiae aut sagacitatis posuerit in tractandis Philonis operibus. Quam Grossmannus longissimo ex tempore novam operum scriptoris istius gravissimi editionem praeparat, ea ex collationibus meis codicum fere triginta ubique terrarum dispersorum non modo apparatum habebit locupletissimum et textum prioribus editionibus multo correctiorem [1]), verum etiam aucta erit ineditis nonnullis quae in Italia reperire mihi contigit. Quae inedita spes est iam propediem lucem visura esse Grossmanno viro S. Ven. et editore et interprete. Nunc ipsum vero nobis visum est edere quae nuper Cairini in bibliotheca patriarchae Alexandrini excerpsimus ex codice saeculi decimi sententias antiquorum scriptorum collectas continente. Sunt enim haec eiusmodi ut haud raro nec sine probabilitatis specie ab editis differant. Quod quo facilius iudicari possit, adponemus plerumque editionis Mangeianae lectiones. In iis quibus nullum editionis locum adscripsimus, nescio an sit quod lucem nondum viderit; plura unde decerpta sint, qui Philonis opera penitus nota habent facile dicent.

1. *Αἱ ἐκ χρημάτων καὶ κτημάτων ἐπιθυμίαι τοὺς χρόνους ἀναλίσκουσι· χρόνου δὲ φείδεσθαι καλόν.* Cf. Phil. opp. ed. Mang. II. pag. 474. Ibi vero est: *Αἱ γὰρ χρημ. κ. κτημ. ἐπιμέλειαι* etc.

2. *Τὰ καλὰ κἂν φθόνῳ πρὸς ὀλίγον ἐπισκιασθῇ χρόνον, ἐπὶ καιρῷ λυθέντα αὖθις ἀναλάμπει.* Cf. l. l. II. pag. 672. Ser. XCIX. Ibi est: *Τὰ καὶ ἂν φθόνῳ πρ. ὀλ. ἐπισκιασθέντα χρόν.* etc.

3. *Μεῖζον ἀνθρώπῳ κακὸν ἀφροσύνης οὐδέν ἐστιν, τὸ ἴδιον τοῦ λογιστικοῦ γένους τὸν νοῦν ζημιωθέντι.* Cf. l. l. II. pag. 648. P. 363. A. Ibi est - - *ἐστι, τοῦ ἰδίου τοῦ λογισμοῦ γένους τὸν νοῦν ζημ.*

[1]) Ad rem criticam in operibus Philonis recte factitandam perquam grave est quod inveni codicem unde princeps editio fluxit. Qui quum ex recentissimis sit, apparet Mangeium textum a Turnebo editum male fecisse tanti ut non facile nisi ex plurium auctoritate testium mutandum censeret. Ceterum, ut id obiter addam, non debebat Mangeius Francofurtensem editionem sequi pro principe: ab hac enim illa saepe ita discedit ut auctoritatem plane nullam habeat.

4. *Ἐγχρονίζον ἔθος φύσεως κρατιώτερόν ἐστιν· καὶ* (ed. addit *τὰ*) *μικρὰ μὴ κωλυόμενα ἁμαρτήματα* (ed. omittit *ἁμαρτ.*) *φύεται καὶ ἐπιδίδοται πρὸς μέγεθος συναυξάνοντα* (ed. *αὐξάνοντα*). Cf. l. l. II. pag. 674. *Περὶ συνηθείας* etc.

5. *Οὐχ ὡς τὸ ἑκουσίως ἁμαρτάνειν ἐστὶν ἄδικον, οὕτως τὸ ἀκουσίως καὶ κατὰ ἄγνοιαν εὐθὺς δικαιόν· ἀλλὰ τάχα που μεθόριον ἀμφοῖν δικαίου καὶ ἀδίκου, τὸ ὑπό τινων καλούμενον ἀδιάφορον. ἁμάρτημα γὰρ οὐδὲν ἔργον δικαιοσύνης.* Cf. l. l. II. pag. 651. P. 526. B.

6. *Οἱ ἑαυτῶν μόνον ἕνεκα πάντα πράττοντες φιλαυτίας* (ed. *φιλαυτίαν*) *μέγιστον κακὸν ἐπιτηδεύουσιν.* Cf. l. l. II. pag. 662. ab initio.

7. *Τοῦ φαύλου ἕτερα μὲν τὰ ἐνθύμια, ἕτερα δὲ τὰ ῥήματα, ἄλλαι δὲ αἱ πράξεις, διάφορα δὲ πάντα καὶ μαχόμενα.* Cf. l. l. pag. 663. extr. Ibi pro *ἄλλαι* editum est *πολλαί*, et extrema sic habent: *διάφ. δὲ καὶ μαχόμ. πάντα πᾶσιν.*

8. *Φρόνησις τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἄρχει· μόνος ὁ σοφὸς ἐλεύθερός τε καὶ ἄρχων, κἂν μυρίους τοῦ σώματος ἔχῃ δεσπότας.* Cf. l. l. I. pag. 252. § 41. exeunte - - - *ὅτι ὁ σοφὸς μόνον ἐλεύθερός τε κ. ἄρχ. καὶ ἂν μυρίους* etc.

9. *Φίλον ἡγητέον τὸν βοηθεῖν καὶ ἀντωφελεῖν ἐθέλοντα, κἂν μὴ δύνηται.* Cf. l. l. II. pag. 659. P. 788. *Φίλους . . . . ἐθέλοντας, καὶ ἂν μὴ δύνωνται.*

10. *Τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς σοὺς οἰκέτας οἷον εὔχῃ σοὶ τὸν θεὸν γενέσθαι· ὡς γὰρ ἀκούομεν ἀκουσθησόμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ* (ed. om. *ὑπὸ τ. θ.*), *καὶ ὡς ὁρῶμεν ὁρασθησόμεθα ὑπ᾽ αὐτοῦ* (ed. *ὑπὸ αὐτοῦ*)*· προσενέγκωμεν* (rectius editum est *προενέγκ.*) *οὖν τοῦ ἐλέου τὸν ἔλεον, ἵνα τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀντιλάβωμεν.* Cf. l. l. pag. 672. Ser. LVII.

11. *Οὐδὲν οὕτως εὐάγωγον εἰς εὔνοιαν ὡς ἡ τῶν* (ed. om. *τῶν*) *εὐεργετημάτων εὐφημία.* Cf. l. l. II. pag. 671. Ser. XLIII.

12. *Ἀποστρέφου τῶν κολάκων τοὺς ἀπατηλοὺς λόγους· ἐξαμβλύνοντες γὰρ τοὺς τῆς ψυχῆς* (ed. om. *τ. ψυχ.*) *λογισμοὺς οὐ συγχωροῦσιν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν· ἢ γὰρ* etc. Extrema usque *κρείττονα* ab editis non differunt. Cf. l. l. II. pag. 671. Ser. LII.

13. *Πλούτου κάλλος* (ed. *πλ. γὰρ τὸ κάλλ.*) *οὐκ ἐν βαλαντίοις, ἀλλ᾽ ἐν τῇ τῶν χρῃζόντων ἐπικουρίᾳ.* Cf. l. l. II. pag. 61. lin. 42.

14. *Ὁ σπουδαῖος ὀλιγοδεής, ἀθανάτου καὶ θνητῆς φύσεως μεθόριον* (rectius ineditis *μεθόριος*), *τὸ μὲν ἐπιδεὲς ἔχων διὰ σῶμα θνητόν, τὸ δὲ μὴ πολυδεὲς* (ed. *πολυτελές*) *διὰ ψυχὴν ἐφιεμένην ἀθανασίας.* Cf. l. l. II. pag. 377. lin. 12.

15. *Ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παιδευθῆναι.* Cf. l. l. II. pag. 90. lin. 38. ubi est *τελεσθῆναι* pro *παιδευθ.* Quaerenti utrum praestet adhibenda sunt quae proxime praecedunt.

16. *Ἀξίως οὐδεὶς* (ed. *οὐδὲ εἷς*) *τὸν θεὸν τιμᾷ, ἀλλὰ δικαίως μόνον· ὁπότε οὐδὲ τοῖς γονεῦσιν* usque *οἷόν τε τούτους.* Cf. l. l. I. pag. 89. lin. 20 sq.

17. *Οἱ γονεῖς μεταξὺ θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως* (*φύσεως* in ed. ex coniectura adpositum est) *εἰσὶ* (hoc accentu codex) *μετέχοντες ἀμφοῖν· ἀνθρωπίνης μέν, ὡς ἔστι δῆλον, ὅτι καὶ γεγόνασι καὶ φθαρήσονται· θείας δ᾽ ὅτι* (ed. *δὲ ὅτι*) *γεγεννήκασι καὶ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι παρήγαγον. καὶ ὅπερ* (ed.

ὅπερ γὰρ) οἶμαι θεὸς πρὸς κόσμον, τοῦτο (ed. *οὕτως*) *πρὸς τέκνα γονεῖς· ἐπειδὴ ὡς ἐκεῖνος τῷ μὴ ὑπάρχοντι ὕπαρξιν κατειργάσατο, καὶ οὗτοι μιμούμενοι καθ' ὅσον οἴονται* (corrigendum cum ed. *οἷόν τε*, sed etiam in cod. Barocc. 143. scriptum est *οἴονται*, vide II, 199. notam d.) *τὴν ἐκείνου δύναμιν τὸ γένος ἀθανατίζουσιν.* Cf. de parentibus colendis apud Mai. 9. et 10.

18. *Τὸν ὀμνύντα μάτην ἐπ' ἀδίκῳ* (ed. *ἐπὶ ἀδίκῳ*) *θεὸς* (Mai. ed. *θεὸν*) *ὁ τὴν φύσιν ἵλεος* (ita codex; ed. *ἵλεως*) *οὔποτε τῆς αἰτίας ἀπαλλάξει δυσκάθαρτον καὶ μιαρὸν ὄντα, κἂν* (ed. *καὶ ἂν*) *διαφύγῃ* (ed. *διαφύγοι* et *διαφεύγῃ*) *τὰς ἀπ'* (ed. *ἀπὸ*) *ἀνθρώπων* (Mai. ed. *ἀνθρώπου*) *τιμωρίας· διαδιδράσκεται δ' οὐδέποτε* (Mai. *διαδράσεται δ' οὐδ.*). Cf. de parent. colend. ap. Mai. 28 et 29; item ap. Mang. II. p. 672. Ser. LXXXVII.[1])

19. *Τίνα ἕτερον εὖ ποιήσουσιν οἱ τῶν συγγενεστάτων καὶ τὰς μεγίστας παρασχομένων* (ed. *παρεσχημένων*) *δωρεὰς ὀλιγωροῦντες, ὧν ἔνιαι δι' ὑπερβολὴν οὐδ' ἀμοιβὰς ἐνδέχονται. πῶς γὰρ* (ed. rectius add. *ἂν*) *ὁ γεννηθεὶς ἀντιγεννῆσαι δύναιτο* usque *οὐ δυνάμενον.* Cf. l. l. II. pag. 199. lin. 32 sqq.

20. *Τῷ μὲν ἀγνοίᾳ τοῦ κρείττονος διαμαρτάνοντι συγγνώμη παρεισέρχεται* (ed. *δίδοται*, sed cum nostro facit cod. Barocc. 402.)· *ὁ δὲ ἐξεπίτηδες* (item cod. Barocc. 402; sed. ed. *ἐξ ἐπιστήμης*) *ἀδικῶν ἀπολογίαν οὐκ ἔχει.* Cf. l. l. II. pag. 518. lin. 29.

21. *Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν ἀλλ'* (ed. *ἀλλὰ*) *ἁμαρτήματα δι' ἃ* (ed. *διὰ ἃ*) *ἡ νόσος, καὶ* (ed. om.) *νόσον ψυχῆς, οὐχὶ σώματος.* Cf. l. l. II. pag. 674. *Περὶ ἁμαρτίας.*

22. *Εἰκότως μελέτην μὲν θανάτου, σκιὰν δὲ καὶ ὑπόγραμμον τῆς αὖθις ἐσομένης* (ed. *ἑπομένης*) *ἀναβιώσεως τὸν ὕπνον οἱ τὰ ἀληθῆ πεφρονηκότες ἀπεφήναντο* usque *ἐξ ὁλοκλήρου.* Cf. l. l. II. pag. 667. *Περὶ ὕπνου.*

23. *Ὁ μὲν τὸν πόνον φεύγων φεύγει* (ed. add. *καί*) *τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ* (ed. *δ' αὖ*) *τλητικῶς καὶ ἀνδρείως ὑπομένων τὰ δυσκαρτέρητα σπεύδει πρὸς μακαριότητα.* Cf. l. l. II. pag. 162 sq.

24. *Ἀναιδὲς βλέμμα καὶ μετέωρος αὐχὴν καὶ συνεχὴς κίνησις ὀφρύων* (ed. *ὀφθαλμῶν*) *καὶ βάδισμα σεσοβημένον καὶ τὸ ἐπὶ μηδενὶ τῶν φαύλων ἐρυθριᾶν σημεῖα ψυχῆς ἐστὶν* (ed. *ἐστι ψυχῆς*) *αἰσχίστης, τοὺς ἀφανεῖς τῶν οἰκείων ὀνειδῶν τύπους* (ed. *τόποις*, quod corruptum esse apparet) *ἐγγραφούσης τῷ φανερῷ σώματι.* Cf. l. l. II. pag. 652. P. 658.

25. *Οὐκ ἔστιν παρὰ θεοῦ* (ed. *ἔστι παρὰ θεῷ*) *οὔτε πονηρὸν ὄντα ἀπολέσαι τὸν ἀγαθὸν μισθὸν περὶ ἑνὸς ἀγαθοῦ μετὰ πλειόνων κακῶν πεπραγμένου, οὔτε πάλιν ἀγαθὸν ὄντα ἀπολέσαι τὴν κόλασιν καὶ μὴ λαβεῖν αὐτὴν ἢ μετὰ πλειόνων ἀγαθῶν, ἐάν τι* (ed. *λαβ. αὐτ. εἰ μετὰ πλ. ἀγ. ἔν τινι*) *γένηται πονηρὸν* (ed. *πονηρεύων*)· *ἀνάγκη γὰρ* usque *τὸν θεόν.* Cf. II. pag. 649. P. 349. A. Hoc quidem loco editus textus nostro anteferendus videtur.

[1]) Hac occasione data in textu eiusdem de parentibus colendis libri ab Ang. Maio primum edito locum cum aliis multis ab ipso vitiose ex codice descriptum corrigam. Edidit enim ille §. 9. *Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστί τις ἀνόητος ὡς ἕνεκα τῶν ἐλαττόνων κτεῖνων τοὺς αἰτίους, ἐπὶ τοῖς μείζοσιν — ἐὰν μεῖζον δὲ ασέβημα τοῦ πρὸς γονεῖς κατηγορουμένου καὶ ὑβριζομένου τὸ περὶ τὴν ἱερὰν πρόσρησιν θεοῦ γενόμενον ἐκ ψευδορκίας — [ἐπιεικείᾳ χρήσεται].* Quem in modum quae male legendo corruperat, frustra studuit coniectura sanare. Scribendum enimvero ita: *Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστί τις ἀνόητος ὡς ἕνεκα τῶν ἐλαττόνων κτεῖνων τοὺς αἰτίους ἐπὶ τοῖς μείζοσιν ἐᾶν. μεῖζον δὲ ἀσέβημα τοῦ πρὸς γονεῖς κατηγορουμένου καὶ ὑβριζομένου τὸ περὶ τὴν ἱερὰν πρόσρησιν θεοῦ γενόμενον ἐκ ψευδορκίας.*

26. *Οἱ ἄνθρωποι πέρας τιμωριῶν εἶναι νομίζουσιν τὸν* (ed. om.) *θάνατον· ἐν δὲ τῷ θείῳ δικαστηρίῳ μόγις οὗτός* (cod. *οὕτως*) *ἐστιν* (ed. *ἐστ. οὑτ.*) *ἀρχή*. Cf. l. l. II. pag. 419. lin. 25.

27. *Τῆς Φίλωνος γυναικός. Ἡ Φίλωνος γυνὴ ἐρωτηθεῖσα ὑπό τινος* (ed. om. *ὑ. τ.*) *ἐν συνόδῳ πλειόνων γυναικῶν, διὰ τί μόνη τῶν ἄλλων οὐ φορεῖ χρυσοῦν κόσμον* (ed. *κόσμ. χρ.*), *ἔφη Αὐτάρκης κόσμος ἐστι* (hoc acc.) *γυναικὶ ἡ τοῦ* (ed. om. *τοῦ*) *ἀνδρὸς ἀρετή*. Cf. l. l. II. pag. 673. Ser. CXXIII.

Ab editis nihil differunt quattuor haec: 28. *Τῶν πολιτικῶν ἐὰν* usque *οὐκ ἔχοντα* II, 661. 29. *Ἀναισχυντία μὲν ἴδιον φαῦλον* usque *καὶ ἀσυγκαταθέτως* II, 672. Ser. LXXIX. 30. *Ἀνάγκῃ ἀπειρίᾳ καὶ* (nisi quod ed. *καὶ ἀπειρ. καὶ* habet; nescio an *καί* prius rectius desit) usque *διασώζεσθαι* I, 85. 31. *Συγγνώμην αἰτούμενος ἁμαρτημάτων* usque *γίνεται ἀπαλλαγή* II, 670. Ser. VIII.

Reliqua sunt: 32. *Ἄτοπον γὰρ ἁμαρτήμασιν ἐνόχους εἶναι τοὺς τοῖς ἄλλοις τὰ δίκαια βραβεύειν ἀξιοῦντας. καὶ τὸ μὲν δωροδοκεῖν ἐπ' ἀδίκοις παμπονήρων ἐστὶν ἀνθρώπων ἔργον, τὸ δ' ἐπὶ δικαίοις ἐφ' ἡμισείᾳ πονηρευομένων.* 33. *Δοκεῖ γάρ μοι μηδὲν οὕτως ὁ θεὸς ἐμφανὲς ἀπεργάσασθαι μίμημα ὡς ὄψιν λογισμοῦ.* 34. *Ἐγκρατείας μὲν ἴδιον ὑγίεια καὶ ἰσχύς· ἀκρασίας δὲ ἀσθένεια καὶ νόσος γειτνιῶσα θανάτῳ.* 35. *Κακίας ἔξοδος ἀρετῆς εἴσοδον ἐργάζεται, ὡς καὶ τοὐναντίον ὑπεκστάντος ἀγαθοῦ τὸ ἐφεδρεῦον κακὸν εἰσέρχεται.* 36. *Ὁ ἀληθείᾳ πρεσβύτερος οὐκ ἐν μήκει χρόνου ἀλλ' ἐπαινετῷ καὶ τελείῳ βίῳ θεωρεῖται.* 37. *Ὁ μὲν θεὸς οὐδενὸς δεῖται· ὁ βασιλεὺς δὲ μόνου θεοῦ. μιμοῦ τοίνυν τὸν οὐδενὸς δεόμενον καὶ δαψιλεύου τοῖς αἰτοῦσι τὸν ἔλεον, μὴ ἀκριβολογούμενος περὶ τοὺς σοὺς ἱκέτας ἀλλὰ πᾶσι παρέχων τὰς πρὸς τὸ ζῆν αἰτήσεις. πολὺ γὰρ κρεῖττόν ἐστι διὰ τοὺς ἀξίους ἐλεεῖν καὶ τοὺς ἀναξίους, καὶ μὴ τοὺς ἀξίους ἀποστερεῖν διὰ τοὺς ἀναξίους.* 38. *Πέφυκεν ὁ ἄφρων ἐπὶ μηδενὸς ἑστάναι πράγματος, καὶ ἔστιν αὐτῷ ζωὴ πᾶσα κρεμαμένη, βάσιν ἀκράδαντον οὐκ ἔχουσα.* 39. *Πέφυκεν ὁ ἄφρων ἀεὶ ἐπὶ τὸν ὀρθὸν λόγον κινούμενος ἠρεμίᾳ καὶ ἀναπαύσει δυσμενὴς εἶναι.* 40. *Πλέον ἀγάπα βασιλεῦ τοὺς λαμβάνειν παρὰ σοῦ χάριτας ἱκετεύοντας ἤπερ τοὺς σπουδάζοντας δωρεάς σοι προσφέρειν. τοῖς μὲν γὰρ ὀφειλέτης ἀμοιβῆς καθίστασαι· οἱ δὲ σοὶ τὸν ὀφειλέτην ποιήσουσιν τὸν οἰκειούμενον τὰ εἰς αὐτοὺς γινόμενα καὶ ἀμειβόμενον* (ita corrigendum duxi pro *-μενα*) *ἀγαθαῖς ἀντιδόσεσιν τὸν φιλάνθρωπόν σου σκοπόν.* 41. *Χαίρειν ἐπὶ ταῖς ἑτέρων ἀτυχίαις εἰ καὶ δίκαιόν ποτε, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπινον.*

XVIII.

In antiquis libris scriptis a viro clarae memoriae Zachar. Conr. de Uffenbach olim congestis iisque post ex legato Ioh. Christoph. Wolfii in bibliothecam publicam civitatis Hamburgensis translatis insignem locum obtinere fragmenta uncialibus litteris scripta epistulae ad Hebraeos, inter viros doctos dudum constat. Iam enim Bengelius, Wetstenius, Griesbachius in codicum Novi Testamenti catalogum receperunt (vide apud Griesb. codd. epist. Paul. nr. 53.) ac passim in rem criticam converterunt, atque anno 1800. singulari libello tractavit Henr. Phil. Conr. Henke[1]). Nuper contulit etiam vir cl. Sam. Prid. Tregelles, suaque mecum communicavit. Equidem fragmentis istis in prioribus editionibus

[1]) Est libellus academicus Ant. Aug. Henr. Lichtenstein Theol. doctorem renunciandi caussa Helmstadii 1800. scriptus, cuius in titulo legitur: *Inest codicis Uffenbachiani, qui epistulae ad Hebraeos fragmenta continet, recensus et specimen aere exsculptum.*

meis Novi Testamenti nondum eum quo digna sunt locum adsignavi nec magis singularem curam adhibui. Quam iniquitatem quo plenius corrigerem, anno superiore ipse profectus sum Hamburgum ut cum ad codicem evangeliorum H, qui criticis dici solet, tum ad Uffenbachiana epistulae ad Hebraeos fragmenta novum studium conferrem. Ac de illo quidem evangeliorum codice, qui multo saepius lectionis bonitate excellit quam ex imperfecta Wolfii collatione disci potuit, nunc non attinet dicere; dicam in nova quae sub prelo est editione mea Novi Testamenti critica. Uffenbachiana vero fragmenta, olim insignita inter Uffenbachianos codices nr. 2, nunc nr. 50. inter Hamburgenses, haud indigna videbantur quae tota transscriberentur pleneque ederentur. Quam editionem ex schedis meis ante menses aliquot paranti contigit ut Londini viderem fragmenta utriusque ad Corinthios epistulae, adnexa Harleiano codici 5613 (Plut. XXXIV. H), de quibus iam Griesbachius in editione sua Novi Testamenti secunda pag. XXV. sub cod. 64. adnotavit haec: „Comparans quae de hoc fragmento abhinc annis 37 inschedis meis notavi cum elegantissima fragmenti Uffenbachiani (supra nr. 53) descriptione Henkiana, summam utrarumque membranarum similitudinem non mirari non possum. Utraque fragmenta ad eundem codicem deperditum pertinuisse, saltem ab eodem librario scripta esse videntur. Certe pares omnino sunt et aetate et praestantia.“ Qua de re Griesbachium non errasse intellexi. Quamquam enim inter utraque fragmenta hoc interest quod Hamburgensia versibus 45, Londinensia versibus 38 quavis pagina scripta sunt, tamen reliqua omnia tantopere conveniunt ut dubitari nequeat ab eodem ea homine et eadem aetate et ad idem exemplum exarata esse. Utraque enim textum habent duabus columnis versibusque eiusdem longitudinis distinctum, totum rubro non atramento scriptum, scripturam nulla re diversam, compendia scripturae eadem, eandem accentuum spirituumque rationem, iota semel adscriptum [1]) alibi vero omissum, eandem interpunctionem cum iisdem quos vocant arabescis [2]), atque idem etiam textus ingenium. Accedit idque maxime singulare ac grave est, quod Londinensia folia idem in inscriptione alterius epistulae ad Corinthios dictum habent quod in Hamburgensibus praepositum legitur ad Hebraeos epistulae: *ἐκτεθεῖσα ὡς ἐν πίνακι.* Quae quum ita sint, utraque fragmenta eiusdem plane corporis membra videntur esse, quamvis differat versuum numerus: passim enim in antiquis libris similis invenitur versuum varietas, quemadmodum in codice Ephraemi Syri rescripto paginis plerisque versus unus et quadraginta vel quadraginta vel quadraginta duo scripti sunt, in epist. vero Petri priore quadraginta sex.

Ceterum quod attinet illud *ἐκτεθεῖσα ὡς ἐν πίνακι*, quod et epistula ad Hebraeos et altera ad Corinthios in titulo expressum habent, non equidem Henkio assentior de charactere scripturae quasi codicillari intellegenti [3]). Potius ita existimo, fuisse olim continuo epistulae

[1]) In Hamburg. foliis est *ὧι ἡ δόξα* XIII, 21; in Londin. *τῆι ἐκκλησίαι* 2 Cor. 1, 1.

[2]) Vide inprimis signa 7 7 7 et: —

[3]) Vide l. l. p. VI. *ὁ πίναξ* enim - - - in re scriptoria de codicillis usitari, codicillos vero imperatorum et orientalium quidem praecipue, puniceis purpureisque atque deauratis literis vel signari vel

textui praepositam epitomen quam argumentum dicere solent. Quod quamquam postea maluerunt omittere, tamen inscriptio mansit.

Breviter autem dicam quae ratio sit inter ipsas membranas veteres et editionem nostram. Singulas voces parvo intervallo seiunximus: id cum ad maiorem facilitatem legendi tum ad codicis similitudinem factum est, quamquam ibi intervalla modo magis modo minus apparent, saepe etiam nulla sunt. Unumquemque versum ut in codice scriptus est reddidimus: hine singulae textus scripti columnae duas in editione paginas efficiunt. Compendia vocum ea quae linea transversa insigniuntur, ut θυ, πρα, χυ, πνα, σριασ; ουνω, ανου, ιημ, χειρω, diligenter retinuimus; quae vero passim syllabae, excunte maxime versu, compendio scribuntur absque linea transversa, ut τω, των (cf. tab. nostr. columm. 2. vers. 3.), προς, ων, ος (in αδελφος), ης (in διαθηκης). ους (in αγγελους et λειτουργους)[1]), και, eas plene edidimus. Accentuum et spirituum signa quantopere ad similitudinem codicis a nobis conformata sint, observato etiam loco quo sunt posita, quamquam ea in re scriptura non constat sibi, collato facsimili nostro perspicuum erit. Curiose etiam providimus ne accentus aut spiritus poneretur ubi in ipso codice deest. Nec raro enim desunt; quod cum a scribentis negligentia tum a lege certa vel consuetudine profectum est, quemadmodum praepositiones et coniunctiones aliquot plerumque vacant signo. Iis tantum locis foliorum Londinensium (cf. 2 Cor. 10, 16 sqq. 11, 8 sqq., 20 sqq.) ubi dubitari nequit quin signum a librario positum post evanuerit, restituendum curavimus. In interpunctione exprimenda omnis opera data est ut recte distinguerentur puncta pro loco quo collocata sunt diversa: modo enim ad caput litterae praecedentis positum est, modo ad medium modo ad pedem, quorum quod sit discrimen constat. In Londinensibus fragmentis ubi spatium vacuum reliquimus, scriptura periit prorsus; nisi quod aliquot locis propterea cerni nequit quod membrana non satis pellucida obtegitur. Nihil eiusmodi in Hamburgensibus accidit; istis enim multo plus detrimenti Londinensia passa sunt, agglutinata illa quidem tanquam per se inutilia codici chartaceo recentiori in fronte et ad finem.

Ceterum codicem cuius haec ad nos fragmenta pervenerunt saeculo nono scriptum puto. Scriptura aliquam similitudinem habet rationis Graecae Copticae. Quam in rem confer facsimile quod dedimus tab. IV. loco I. cum tabulae nostrae I. nr. IX. vel potius cum tab. III. nr. IV. in Monum. sacr. ined. Nov. Coll. vol. I. Cf. etiam quae l. l. in Prolegg. pag. XXXIV sq. de ea scriptura diximus.

perscribi etiam solitos esse docemur: ut itaque librarius noster, dum epistolam ad Hebraeos a capite ad calcem non summa tantum cura et arte, verum etiam cinnabari vel minio, quod plane insolitum erat in huius generis et omnino privatis libris, describendum sumebat ac titulos praeterea, quod pellucidum adhuc est, aureo liquore obducebat, quasi honoris caussa hoc a se factum, totumque librum ὡς ἐν πίνακι, tamquam γράμμα βασίλειον, sive ad rescripti sacri instar, exhibitum esse, significasse videatur."

[1]) Etiam Hebr. 1, 4. in αυτους, quo loco falsus est Henkius, cui pro αυτους videbatur αυτοις scriptum esse. Rara sunt vitia, ut ἀφλάργυρος 186, 35.

+ ἘΓΡΆΦΗ ἈΠῸ ἸΤΑΛΊΑϹ ΔΙΑ ΤΙΜΟΘΈΟΥ: —

+ Ἡ ΠΡΟϹ ἙΒΡΑΊΟΥϹ ἘΠΙϹΤΟΛῊ

ἘΚΤΕΘΕΙ͂ϹΑ ὩϹ ἘΝ ΠΊΝΑΚΙ: —

ᾱ ΠΟΛΥΜΕΡΩ͂Ϲ ΚΑῚ ΠΟΛΥΤΡΌΠΩϹ ΠΆ
ΛΑΙ Ὁ ΘϹ̄ ΛΑΛΉϹΑϹ ΤΟΙ͂Ϲ ΠΑΤΡΆϹΙΝ ἘΝ
ΤΟΙ͂Ϲ ΠΡΟΦΉΤΑΙϹ. ἘΠ' ἘϹΧΆΤΟΥ ΤΩ͂Ν
ἩΜΕΡΩ͂Ν ΤΟΎΤΩΝ ἘΛΆΛΗϹΕΝ ΗΜΙ͂
ἘΝ ΥἹΩ͂· ὋΝ ἜΘΗΚΕ ΚΛΗΡΟΝΌΜΟΝ ΠΆΝ
ΤΩΝ· ΔΙ' ΟΥ͂ ΚΑῚ ἘΠΟΊΗϹΕ ΤΟῪϹ ΑἸΩ͂ΝΑϹ
β ὋϹ ὬΝ ἈΠΆΥΓΑϹΜΑ ΤΗ͂Ϲ ΔΌΞΗϹ ΚΑῚ ΧΑ
ΡΑΚΤῊΡ ΤΗ͂Ϲ ὙΠΟϹΤΆϹΕΩϹ ΑΥ̓ΤΟΥ· ΦΈ
ΡΩΝ ΤΕ ΤᾺ ΠΆΝΤΑ ΤΩ͂ ῬΉΜΑΤΙ ΤΗ͂Ϲ ΔΥ
ΝΆΜΕΩϹ· ΔΙ' ἙΑΥΤΟΥ͂ ΚΑΘΑΡΙϹΜΟΝ
ΤΩ͂Ν ἉΜΑΡΤΙΩ͂Ν ΠΟΙΗϹΆΜΕΝΟϹ· ἘΚΆ
ΘΙϹΕΝ ἘΝ ΔΕΞΙᾹ ΤΗ͂Ϲ ΜΕΓΑΛΩϹΥΝΗϹ
ἘΝ ὙΨΗΛΟΙ͂Ϲ· ΤΟϹΟΎΤΩ ΚΡΕΙ͂ΤΤΟΝ ΓΕ
ΝΌΜΕΝΟϹ ΤΩ͂Ν ἈΓΓΈΛΩΝ. ὍϹΩ ΔΙΑΦΟ
ΡΏΤΕΡΟΝ ΠΑΡ' ΑΥ̓ΤΟῪϹ ΚΕΚΛΗΡΟΝΟΜΗ
ΚΕΝ ὌΝΟΜΑ· ΤΊΝΙ ΓᾺΡ ΕἾΠΕΝ ΠΟΤῈ
› ΤΩ͂Ν ἈΓΓΈΛΩΝ· ΥἹΌϹ ΜΟΥ ΕἾ ϹῪ· ἘΓῺ
› ϹΉΜΕΡΟΝ ΓΕΓΈΝΝΗΚΆ ϹΕ· ΚΑῚ ΠΆΛΙΝ
› ἘΓῺ ἜϹΟΜΑΙ ΑΥ̓ΤΩ͂ ΕἸϹ ΠΡ̄Α. ΚΑῚ ΑΥ̓ΤῸϹ
› ἜϹΤΑΙ ΜΟΙ ΕἸϹ ΥἹΌΝ .:. ὍΤΑΝ ΔῈ ΠΆΛΙΝ

HEBR. I, 1 — 6.

CODEX EPISTULARUM PAULINARUM M
FRAGMENTA HAMBURGENSIA.

Γ̄ ΕΙϹΑΓΑΓΗ ΤΟΝ ΠΡΩΤΟΤΟΚΟΝ ΕΙϹ ΤΗΝ
ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ· ΛΕΓΕΙ· ΚΑΙ ΠΡΟϹΚΥ
ΝΗϹΑΤΩϹΑΝ ΑΥΤΩ. ΠΑΝΤΕϹ ΑΓΓΕ
Post illam generalem baptismi gratiam et illud pretiosissimum martyrii donum, quod sanguinis ablutione conquiritur, multi sunt penitentiae fructus per quos ad expiationem criminum pervenitur. Non enim tantum simplici illo penitentiae nomine salus aeterna repromittitur, de qua beatus apostolus Petrus: „Penitemini igitur et convertimini, ut deleantur vestra peccata", et Iohannes baptista vel ipse dominus: „Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum", sed etiam per caritatis affectum peccatorum moles obruitur; „caritas enim operit multitudinem peccatorum". Similiter etiam per elemosinarum fructum vulneribus nostris medela praestatur, quia „sicut aqua extinguit ignem, sic elemosina extinguit peccatum". Ita et per lacrimarum profusionem conquiritur ablutio delictorum: „Lavabo enim per singulas noctes lectum meum, lacrimis meis stratum meum rigabo". Denique subiungit ostendens non inaniter eas fuisse profusas: „Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quum exaudivit dominus vocem fletus mei". Nec non per criminum confessionem eorum abolitio conceditur: „Dixi enim, pronuntiabo adversus me iniustitiam meam domino, et tu remisisti impietatem cordis mei". Et iterum: „Narra tu iniquitates tuas primus, ut iustificeris". Per afflictionem quoque cordis et corporis admissorum scelerum remissio similiter obtinetur; nam „Vide", inquit „humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea". Praecipueque per emendationem morum. „Auferte", inquit, „malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. quiescite agere perverse. discite bene facere, quaerite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, et venite et arguite me, dicit dominus: et si fuerint peccata vestra ut coccinum, velut nix dealbabuntur; si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana erunt". Interdum etiam intercessione sanctorum impetratur venia delictorum. „Qui enim scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petit *(sic)*, et dabit ei vitam deus peccanti non ad mortem". Et iterum: „Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiae et orent super eum, unguentes eum oleo in nomine domini: et oratio fidei salvabit infirmum, et

*) Anno 1842. (anno enim 1855. retractandi consilium, quo Cantabrigiam veneram, exsequi nequibam, quum codex Falmuthum missus esset) ista manu recenti eaque Angli cuiusdam scripta male legeram: Cumianus Rabani. Tregelles in libro: An introduction to the textual criticism etc. 1856. p. 198. auctoritate J. A. Hortii correxit: Cumianus Fota (sive Fata) in. Nuperrime vero F. H. Scrivener in Codicis Augiensis editione (1859.) p. XXV. scriptum esse docuit: Cumianus habet in.

quidam dicens 2, 9. mortis eius 2, 10. per passiones 2, 17. propitiaret, *item* est ipse temptatus 3, 2. domo illius 3, 5. dicenda sunt 3, 9. probaverunt opera mea 3, 12. cor malignum 3, 13. cognominetur 3, 14. fermam retineatis 3, 18. non intrare 4, 2. sermo auditus non ammixtis fidei eorum ex his quae 4, 3. qui credimus 4, 4. quievit 4, 15. pro similitudine carnis.

Quae exempla attulimus, iis qui cum lectionibus Boerneriani codicis codicumque Hieronymi nec non cum apparatu critico Sabatarii conferre voluerint, satis erunt ad significandam universam Latini textus rationem.

Atque haec quidem iam anno 1855. scripta sunt. Quam autem tum futuram esse speravi et Graeci et Latini textus editionem, eam Frid. Henr. Scrivener vir clariss. dudum scite accurateque absolvit atque anno 1859. Cantabrigiae foras dedit*). Praetereaque iam anno 1857. paranti mihi editionem Novi Testamenti septimam, qua est erga me benevolentia, plagularum libri sui copiam fecerat, quo factum est ut plena lectio eius codicis, prout institutum meum ferebat, in apparatum reciperetur.

allevabit eum dominus; et si in peccatis sit, dimittentur ei. Nonnumquam misericordiae ac fidei merito labes excoquitur vitiorum ---" Extrema sunt: atque obliviscens ea quae posteriora sunt, id est carnalia vitia, ad ea quae in ante sunt extendetur, hoc est spiritalia dona atque virtutes.

*) Quo in libro quum clarissimus editor passim respiceret in Anecdotis meis de eodem codice dicta, qui tandem quod de Latino textu minus recte in Prolegg. ed. Ni Ti 1849. propositum erat repeti poterat p. XXVIII., rectioribus quae eadem de re in Anecdotis p. 214. scripseram neglectis?

In appendice eiusdem libri cl. Scrivener exhibuit „a full collection of fifty Mss." etc., in quibus quum sit etiam qui nuper a me ad Mus. Brit. transiit (hinc est apud nos lo[tt] i. e. ex Tischendorfiano Londinensis) Actorum codex, nonnullis locis scripturam eius a me non animadversam didici: 2, 37. *εἶπ. δὲ* 9, 11. **παρσίαν* 9. 13. om. *σου* (13, 5. *τὲ* pro *δὲ*, item *δὲ* pro *τε* 17, 4. 17, 10.* 23, 10.) 24, 12. ***ἀποστασίαν* 26, 21. om. *οἱ* 27, 37. *σος* (pro *σοῦ*). Praeterea ille 3, 11. *σολομῶντος* et 16, 17. *ἡμῖν ὁδὸν.* ego *σολομῶνος* et *ὑμ. ὁδόν*: rursus 9, 26. et 26, 12. equidem *ἐν* pro *εἰς* et *πορευομ.* pro *καὶ πορ.*, non item ille. Reliquis vero locis quibus Scriveneri collatio ab Anecd. p. 130 sqq. differt, iis omnibus iam in ed. Ni Ti septima ex mea ipsius collatione verum hausi, quum in Anecdotis vel minus accurate scriptum esset (scribendum erat 2, 3. 12. 46. Elz. *ἐκάθισέν τε, ἂν θέλοι, κλῶντ. τε* 3, 2. cod. *ἐπὶ τὸ αὐτό. πέ. δὲ* 3, 11. Elz. *πρ. αὐτ.* etc. cod. *πᾶς ὁ* etc. 3, 21. Elz. *πάντ.* sec. 10, 48. ***Ἰ. Χρ.* omisso *τ. κυρ.* 16, 39. bis *ἐξελθεῖν* 16, 40. Elz. *ἐ. τ. ἀ. π. αὐτ.* 24, 11. cod. *εἰς ἱερ.* 25, 7. Elz. *φέρ. κα. τ. πα.* 26, 4. ed. 1849. *ἐκ* et *ἐν τε*, Elz. et cod. *τὴν ἐκ* et *ἐν* 28, 7 et 8. cod. *πουπλ.*), vel non notata consensio codicis et ed. meae Ni Ti 1849., ad quam instituta collatio (4, 5. *τοὺς πρ. κ. τοὺς γρ.* 7, 22. om. *ἐν* sec. et add. *αὐτοῦ* 7, 37. om. *κυρ.* et *ὑμ.* 8, 1. *π. δὲ* pro *π. τε* 9, 3. *ἐκ* pro *ἀπό* 9, 18. om. *παραχρ.* 9, 29. *ἀνελ. αὐτ.* 9, 31. *οἰκοδομουμένη* etc. 12, 20. om. *ὁ ἡρώδ.* 15, 34. om. vers 16, 18. om. *τῷ* 16, 24. *ἠσφ. αὐτ.* 27, 16. *ἰσχ. μόλ.* 28, 30. om. *ὁ παῦλ.*), vel denique neglecta collationis transscriptio (3, 12. *τοῦτο* pro *τούτῳ* 3, 21. etc. *μωϋσῆς* 9, 42. *ἡμ. ἱκαν. μεῖν.* 11, 3. *εἰσῆλθεν* et *συνέφαγεν* 15, 4. *ὑπὸ* 16, 18. om. *τῷ* 26, 26. *οὐθὲν* 27, 37. om. *αἱ*). Accentuum quidem rationem Scr. neglexit aliquoties ubi aliquid momenti habet, ut 17, 23. 23, 17. 24, 12. 26, 23. Recte vero videtur vidisse (cf. p. LXIX.) annum subscriptum non tam esse 6562 (— *νιβ*) = 1054, quam 6552 (— *νβ*) = 1044, praesertim quum huic anno, non item illi, indictio 12. simul adscripta conveniat.

XXII.

Quo ex codice saeculi decimi Cahirensi supra pag. 171. sqq. plures Philonis Judaei locos exscripsimus, in eodem amplissima sententiarum collectio ad modum Stobaei est instituta. Tituli sive capita scribuntur 71, quorum primum est: *περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας*, alterum *περὶ φρονήσεως καὶ βουλῆς*, ultimum *περὶ ὅτι οὐκ ἀεὶ τὸ πλεῖον ἄριστον*. Quum homo Christianus instituerit, ne ea quidem neglecta sunt quae e scripturis sacris (*τοῦ εὐαγγελίου, τοῦ ἀποστόλου, σολομῶντος, σιράχ* etc.) aut a scriptoribus ecclesiasticis ad singula capita afferri possent. Nihilominus non modo celeberrimi scriptores antiqui, quorum opera aetatem tulerunt, magno cum studio excerpta sunt, sed etiam rariora nomina quae Stobaei florilegium similesque alias collectiones exornant plurima per totum librum comparent. Cuius generis obiter perlustrando fere centum adnotavimus, in quibus sunt: *ἀγάθωνος, ἀγαπητοῦ, αἰσώπου, ἀναχάρσιδος, ἀνταγόρου* (sic), *ἀντισθένους, ἀντιφάνους, ἀντιφῶντος, ἀρκεσιλάου, ἀριστωνύμου, ἀριστείδου, βαβρίου, βίαντος, βίωνος, γαΐου, γλαύκωνος, γοργίου, διφίλου, δημάδου, δημώνακτος, διογένους, δημοκρίτου, εὐήνου, εὐκλείδου, ἐπιχάρμου, ζήνωνος, ζαλεύκου, θεόγνιδος, θεάγους, θαλοῦ, ἱπποθόωντος, κάτωνος, κλεάνθους, κλειτάρχου, κλεοβούλου, κριτίου, κρίσκου, κυψέλου, μενάνδρου, μετέλλου, μενεδήμου, μητροδώρου, μοσχίωνος, μουσωνίου, ναυκράτους, νικοκλέους, νικοστράτου, ξανθίππου, πύρρου, πειρίθου, πυθαγόρου, πιττάκου, ῥηγίνου, σεκούνδου, στρατονίκου, σωτίωνος, σωστράτου, σιμωνίδου, τίμωνος, τροφίλου, ὑπερίδου, φαβωρίνου, φιλήμονος, φιλοξένου, φιλωνίδου, φιλιππίδου, φωκίωνος, φιλιστίωνος, χάρητος, χαρικλείας, χείλωνος, χρυσίππου, χωρικίου*. Adponamus vero etiam nonnihil exemplorum ex iis quas exscripsimus sententiis, quamvis non sit otium accuratius de singulis videndi.*)

A. *Μενάνδρου.*

1. *Ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται.* Cf. Stob. 3, 11.
2. *Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασιν*
   φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων. Cf. Fragm. 354. Meinek. (Ant. Meliss. 68, p. 116.)
3. *Ὁ πολὺς ἄκρατος ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν.*
   οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ ποτοῦ
   ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πίνοντος δ' ἡ φύσις. Cf. Stob. 18, 4 et 5.
4. *Χαλεπὸν ὅτ' ἄν τις ὢν πίνει πλέον λαλῇ,*
   μηδὲν κατειδώς, ἀλλὰ προσποιούμενος. Cf. Stob. 18, 19.
5. *Ὦ τρισάθλιοι* etc. (*μεγάλα* pro *μέγα*). Cf. Stob. 22, 11.[1])
6. *Κρεῖττον ἐλέσθαι ψεῦδος ἢ ἀληθὲς κακόν.* Cf. Stob. 12, 5.
7. *Τρισάθλιόν γε* etc. Cf. Stob. 98, 53.

*) Videbit, ut spero, Conr. Bursian, collega clariss., qui schedas nostras perlustravit ac passim libri Stobaeani et reliquorum locos adscripsit.

[1]) Ubi nihil dubiae lectionis in ed. Lips. a. 1823. adnotatum est, textum Cahirensem noluimus plene repetere.

8. *Εἰρήνη γεωργὸν κἂν πέτραις τρέφη* (sic) *καλῶς,*
πόλεμος δὲ εἰ κἂν (sic: *εἰ κἂν*) *πεδίῳ κακῶς ἔφυ.* Cf. Stob. 55, 9.

9. *Οὐκ ἔστιν ἀνοίας οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,*   *τολμηρότερον.* Cf. Stob. 4, 35.

10. *Ὅτ' ἂν φύσει τὸ κάλλος* etc. (*ἐπικοσμεῖ*). Cf. Stob. 65, 2.

11. *Κατὰ πόλλ' ἂν ἔστιν οὐ καλὸν εἰρημένον*
τὸ γνῶθι σεαυτόν (sic)· *χρησιμώτερον γὰρ ἦν*
τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους. Cf. Stob. 21, 5.

12. *Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα ὅσα σοι πρέπει·*
ἐμὲ δὲ ποιεῖν καθῆκον οὐχ ὁ σὸς λόγος,
εὖ ἴσθ' ἀκριβῶς, ὁ δ' ἴδιος πείθει τρόπος. Cf. Stob. 37, 5.

13. *Οὐθεὶς πονηρὸν πρᾶγμα χρηστὸς ὢν ποιεῖ.* Cf. Stob. 37, 1.

14. *Τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον*
τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πᾶσιν κακῶς. *) Cf. Stob. 15, 1.

15. *Ἀμήχανον*   *μακρὰν συνήθειαν ἐν βραχεῖ λῦσαι χρόνῳ.* Cf. Stob. 43, 31.

16. *Τὸ γὰρ σύνηθες οὐδαμῶς παροπτέον.* Cf. Stob. 44, 5.

17. *Χρηστοῦ πρὸς ἀνδρὸς μηδὲν ὑπονόει κακόν.*
δίκαιος ἀδικεῖν οὐκ ἐπίσταται τρόπος. Cf. Stob. 9, 9.

18. *Μισῶ πονηρόν, χρηστὸν ὅταν εἴπῃ λόγον.* Cf. Sent. sing. v. 352. Meinek.

19. *Τὰ ὦτά σου μὴ πᾶσιν ὕπεχε* [*τοῖς?*] *λόγοις·*
λόγος κακὸς κακῶν γὰρ [1]) *ἔργων ἡγεμών.*

20. *Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν* etc. Cf. Stob. 10, 3.

21. *Εὐήθειά* [2]) *μοι φαίνεται δηλουμένη*
τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ. Cf. Stob. 4, 28.

22. *Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν* etc. Cf. Stob. 93, 1.

23. *Μακάριος ὅστις οὐσίαν — καλῶς.* Cf. Stob. 94, 7.

24. *Ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ* (sic), *πονηρὰ βουλεύεται.* Cf. Stob. 10, 20.

25. *Οὐ πώποτ' ἐζήλωσα* etc. Cf. Stob. 16, 7.

26. *Ἰσχὺς νοῦν οὐκ ἔχουσα τάφῳ τοὺς ἐμπίπτοντας παραδίδωσιν.* Sic.

27. *Χρυσὸς μὲν οἶδεν δοκιμάζεσθαι πυρί·*
ἡ δὲ πρὸς φίλους εὔνοια καιρῷ κρίνεται. Cf. Men. fr. inc. 143 (662) Mein.

28. *Ὁ καιρῷ εὐτυχοῦντι κολακεύων φίλον*   *καιροῦ φίλος πέφυκεν, οὐχὶ τοῦ φίλου.* Cf. Men. fr. inc. 145 (664) Mein.

28[b].[3]) *Ἄφροσι μὴ χρῶ φίλοις, ἐπεὶ κληθήσῃ καὶ σὺ παντελῶς ἄφρων.*

*) Istos Menandri versus excipiunt haec: *Πλούσιον δὲ ἄσωτον θεασάμενος ἐλαίας ἐσθίοντα καὶ ὕδωρ πίνοντα ἔφη· εἰ οὕτως ἠρίστας, οὐκ ἂν οὕτως ἐδείπνεις.*

[1]) In codice scriptum est: *λόγος γὰρ κακ. κακ. ἐργ. ἡγ.* [2]) *Εὐήθεια*: ita codex. [3]) Quae hoc numero comprehendimus, quum subiuncta sint sententiae quae praecessit Menandri nomine signatae, et ipsa pro Menandri sententiis venditari videntur. At vix recte.

Φίλος ἀληθὴς ὁ κοινωνῶν καὶ ταῖς συμφοραῖς τοῖς φίλοις.
Ὅπου χρείαν ἐλέγχει τραχύτης ὁδοῦ· καὶ φίλον εὔνουν αἱ συμφοραὶ διακρίνουσιν.
Μυστήριόν σου μὴ κατείπῃς τῷ φίλῳ, καὶ οὐ φοβηθήσῃ αὐτὸν ἐχθρὸν γινόμενον.

29. *Ὅταν ἕτερός σοι μηδὲ ἓν πλέον διδῷ* etc. Cf. Stob. 3, 23.

30. *Πλοῦτος ἀλόγιστος προσλαβὼν ἐξουσίαν*
καὶ τοὺς φρονεῖν δοκοῦντας ἀνοήτους ποιεῖ. Cf. Stob. 92, 8.

31. *Οὐδὲν διαβολῆς ἐστιν ἐπιπονώτερον·*
τὴν ἑτέρῳ γὰρ κειμένην ἁμαρτίαν
ἀεὶ μέμψιν ἰδίαν αὐτὸν ἐπάναγκες λαβεῖν. Sic. Cf. Stob. 42, 4.

32. *Ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται, ταχὺ* etc. Cf. Stob. 42, 6.

33. *Οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ τὸ κακὸν συνορᾷ, πάμφιλε,*
σαφῶς· ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται. Cf. Stob. 23, 3.

B. *Εὐριπίδου.*

1. *ἐξ ἀνδρομάχης.* *Οὔ τοι λείψανα* etc. Cf. Stob. 1, 2.

2. *Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους*
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά·
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. Cf. Stob. 120, 22. (Fragm. 452. N.)

3. *Σοφὸν γὰρ εὐβούλευμα* (sic) *τὰς πολλὰς χέρας*
νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλέον κακόν. Cf. Stob. 54, 5. (Fragm. 220. N.)

4. *Θράσει μὲν οὐδεὶς οὐδέπω, πόνῳ δε καὶ*
γενναιότητι καὶ ἐπιεικείᾳ ἀρετὴν ἐπεκτήσατο. Sic.

5. *Ὦ γῆρας, οἵαν ἐλπίδα ἡδονῆς ἔχεις·*
καὶ πᾶς τις εἰς σὲ βούλεται ἀνθρώπων μολεῖν·
λαβὼν δὲ πεῖραν μεταμέλειαν λαμβάνει,
ὡς οὐδέν ἐστιν (sic) *χεῖρον ἐν θνητῷ γένει.* Cf. Stob. 116, 6. (Fragm. 1065. N.)

6. *Οὐδὲν ἡ εὐγένεια πρὸς τὰ χρήματα·*
τὸν γὰρ κάκιστον πλοῦτος εἰς πρώτους ἄγει. Cf. Stob. 92, 1.

7. *Τὸ γὰρ λέγειν εὖ δεινόν ἐστιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.* Sic.

8. *Ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί·*
αὐτοὶ δ' ὅταν ποιῶμεν οὐ γινώσκομεν. Cf. Stob. 23, 5.

9. *Ἐν τοῖς κακοῖς δεῖ τοὺς φίλους εὐεργετεῖν·*
ὅταν γὰρ ἡ τύχη καλῶς διδῷ τί χρὴ φίλων;
ἀρκεῖ γὰρ ὁ θεὸς αὐτὸς ὠφελεῖν θέλων. Sic.

10. *Αἰδὼς γὰρ ὀργῆς πλεῖον ὠφελεῖ βροτοῖς.* Cf. Stob. 31, 1.

11. *Ὥσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφυ,*

οὕτω προσήκει μηδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν
ἀθάνατον, ὥς (sic) *τις σωφρονεῖν ἐπίσταται.* Cf. Stob. 20, 17.

12. *Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλεῖον ἔχειν πέφυκ' ἀνήρ,*
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον οὐδὲ βούλεται·
φίλοις ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει. Cf. Stob. 10, 7.

13. *Εὐριπίδου ἀντιόπη.* *Εἰ δ' εὐτυχῶν τις καὶ βίον κεκτημένος,*
μηδὲν δ' ὅμωσι (sic) *τῶν καλῶν πειράσεται,*
ἐγὼ μὲν αὐτὸν οὔποτ' ὄλβιον καλῶ,
φύλακα δὲ μᾶλλον χρημάτων εὐδαίμονα. Cf. Stob. 16, 4.

14. *Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,*
ὁ δ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῦ (sic) *φίλος.* Cf. Stob. 79, 2.

15. *Οὐκ ἔστι παισὶ τούτου κάλλιον γέρας,*
ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν. Cf. Stob. 79, 3.

16. *Ἀσύνετος ὅστις ἐν φόβῳ μὲν ἀσθενής,*
λαβὼν δὲ μικρὸν τῆς ψυχῆς φρονεῖ μέγα. Cf. Stob. 4, 10.

17. *Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενί.* Sic.

18. *Ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,*
ὡς οὐδὲ μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐδὲ φίλος πατήρ·
οὐδ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν,[1])
οὐθ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴ τρέφει.[2]) Cf. Stob. 91, 4.

19. *Εὐριπίδου ἀντιόπη.* *Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος*
κακῶς ἐμέμφθης· εἰ γὰρ εὖ φρονεῖν ἔχω,
κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος. Cf. Stob. 3, 12.

20. *Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι* etc. Cf. Stob. 91, 7.

21. *Ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους*
ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐγγόνους. Cf. Stob. 90, 4.

22. *Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς* etc. Cf. Stob. 90, 5.

23. *Βέβαιον οὐδέν ἐστιν* etc. Cf. Stob. 105, 47. ubi *Διφίλου* dicitur.

C. *Σωτίωνος ἐκ τοῦ περὶ ὀργῆς.*

Τοῖς σοφοῖς ἀντὶ ὀργῆς usque *ἐπῄει.* Item *Ὥσπερ πλοῖα γενναῖα, οὐχ ὅσα* usque *ἀνδρεῖοι.* Cf. Stob. 20, 53. 54. *Οἱ δελφῖνες μέχρι τοῦ κλύδωνος — οὐκ ἐξοκέλλουσιν — παραμένουσιν, καὶ τοὺς φίλους εἰς — ἀπίασιν.* Cf. Stob. 14, 10.

[1]) *οὐδ' ἡ* et *ὁρᾶν*: ita codex.

[2]) Rursus dedimus scripturam codicis: *οὐθ' ἔρωτ* et *αὐτὴ τρέφει.*

D. Ὑπερίδου (altero loco -ρείδου).

Δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἐπιδείκνυσθαι, ἐν μὲν τοῖς λόγοις ἃ φρονεῖ, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις ἃ ποιεῖ. (Cf. Meinck. Stob. IV. p. 288.) *Διὰ δύο προφάσεις τῶν ἀδικημάτων ἄνθρωποι ἀπέχονται, ἢ διὰ φόβον ἢ δι' αἰσχύνην.*

E. Ἀριστοφάνους.

Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοεικόν·
εἰ γὰρ ἐμοὶ πανσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο
σκάψαι τ' ἀποκλάσαι (cod. -ᾶ-) *καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι*
τῆς τρυγὸς ἄρτον λιπαρὸν καὶ ῥάφανον φέροντι. Cf. Stob. 55, 2. (Fragm. 163. Bergk. 106.)

F. Αἰσχύλου.

Κάτοπτρον εἴδους etc. Cf. Stob. 18, 13.

G. Σοφοκλέους.

Φεῦ, τοῦ θανόντος etc. Cf. Stob. 126, 3.
Κλέπτων δ' ὅτ' ἄν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ,
σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν καλὸν φέρῃ στόμα.
αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν etc. Cf. Stob. 24, 4 et 13, 9.
Ὦ πλοῦτε καὶ τυραννὶς καὶ τέχνη τέχνης
ὑπερφέρουσα τῷ πολυζήλῳ βίῳ,
ὅσος παρ' ὑμῖν ὁ φθόνος φυλάσσεται. Cf. Stob. 49, 10.
Ζῆν αἰσχρῶς αἰσχρὸν τοῖς etc. Cf. Stob. 17, 1.
Ἐκ τῶνδε μέντοι τῶν τρόπων usque *πορεύεται.* (Cf. Ajax 1246—1254.) His adnectitur versus qui Chaeremonis dicitur Stob. 3, 17:
Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει.

H. *Ἰαμβλίχου ἐκ τῆς ἐπιστ. τῆς περὶ σωφρ. Πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸ θνητ. πᾶν ἀτιμάζει, τὸ δὲ ἀθάν. ἀσπάζεται· πολὺ δὲ διαφερόντως* etc. Cf. Stob. 5, 61.

I. Ἡροδότου.

Ἀγάθυρσοι ἁβρότατοι — οἰκήϊοι — ἔχθει χρ. ἐς ἀλλήλους. Cf. Stob. 44, 43.

K. Βαβρίου.

Δέον τὰ τέλη τῶν πραγμάτων ἡμᾶς προορᾶν, καὶ οὕτως τὴν τούτων ἐγχείρησιν ποιεῖσθαι.

L. Κλήμεντος ῥώμης.

Ὃ γὰρ μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιοῦσαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τοῦτο διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν κακῶν συνήθειαν πράττειν συναναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς. Ista in epistulis Clementis, quemadmodum editae sunt, non reperiuntur.

M. Ἰγνατίου.

Τέλειοι ὄντες τέλεια φρονεῖτε. Θέλουσι γὰρ ὑμῖν εὖ πράττειν θεὸς ἕτοιμος εἰς τὸ παρέχειν.

N. *τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου ἐκ τῆς πρὸς Βίκτορα ἐπιστολῆς.*

Ἐν ᾧ ἄν τις δύναιτο εὖ ποιεῖν τοῖς πλησίον, ἢν μὴ ποιῇ, ἀλλότριος τῆς ἀγάπης τοῦ κυρίου νομισθήσεται. Cf. Iren. Opp. ed. Stieren I. p. 827. ubi editum est *τοῖς* (sed cod. Monac. *τοὺς*) *πλησίον*, item *καὶ οὐ* (cod. Monac. *καὶ μὴ*) *ποιεῖ.*

O. *Κλήμεντος.*

Ὅσα περὶ ὕπνου λέγουσι, τὰ αὐτὰ χρὴ καὶ περὶ θανάτου ἐξακούειν· ἑκάτερος γὰρ δηλοῖ τὴν ἀποστασίαν τῆς ψυχῆς etc. Cf. Strom. IV. ed. Pott. p. 628. ubi editum est *ἀπόστασιν* pro *ἀποστασίαν.* — *Πᾶς γὰρ οἰνωθεὶς ἀνὴρ κατὰ τὴν τραγῳδίαν* usque *εἶπεν κακῶς.* Cf. Paedag. II. ed. Pott. p. 181.

XXIII.

In nuperrimo itinere meo orientali nullam bibliothecam excussi quin libros palimpsestos omni cum studio anquirerem. Itaque factum est ut non modo duodecim eiusmodi libros vel librorum fragmenta Petropolin adferrem, de quibus breviter iam alibi [1]) expositum est, sed plures etiam alios cognoscerem hominum doctorum curis haud indignos. Inter hos est codex monasterii S. Sabae ad mare mortuum siti, multis ille quidem nominibus insignis. Commentarium enim in prophetas continet, duodecimo saeculo scriptum [2]), quem ad conficiendum sex codicum antiquiorum reliquiae sunt adhibitae. Horum duo primum uncialem scripturam octavi fere saeculi habuerant, et alter quidem duobus saeculis post super uncialem iam acceperat minusculam; reliqui quattuor vel saeculo nono exeunte vel decimo primum scripti erant; unus vero eorum iam duplici scriptura insignis erat, antequam ad eam quae est de prophetis scripturam adhiberetur. Folia bis rescripta per totum codicem numeravi undecim, quorum quinque ter minusculis formis, sex primum uncialibus scripta sunt.

Maxima autem foliorum pars ex eorum est numero, quae sub textu prophetico unam tantum scripturam eamque uncialem octavi saeculi praebent. Huiusmodi plus 120 sunt. Quorum priorem scripturam argumenti patristici fuisse ea probant quae passim erui, ut *η του πλουτου της χρηστοτητος αυτου ... εστιν εις θυσιαν τω θ̅ω̅ ... τους γαρ πτωχους εξελεξατο ο θ̅ς̅ ... ελθων δε ο π̅η̅ρ̅ αυτου ... ιωαννης* (ad quaternionem κδ' pertinent) — *των αδελφων εκαστον τα εκ της ιδιας εργασιας επιφερομενον ... προσευχης μεταποιουσι* (quatern. ιγ') — *απεστηλεν μοι την*

[1]) Cf. librum quem sic inscripsimus: Notitia editionis codicis bibliorum Sinaitici auspiciis imperatoris Alexandri II. susceptae. Accedit catalogus codicum nuper ex oriente Petropolin perlatorum. Item Origenis scholia in Proverbia Salomonis partim nunc primum partim secundum atque emendatius edita. Lips. 1860. De libris palimpsestis ibi relatum est pag. 48 sq. Quae ibi p. 49. ineunte fragmenta sexti saeculi tractavi, pluribus scripturae exemplis additis, ad Sap. Salom. et Sententias Siracidis pertinent, ut primus vidit Ewaldus, vir S. Ven.

[2]) Iste commentarius, quantum memini, integer est, nisi quod quaternio γ̅ (octo foliorum) desideratur

τροφην· λεγει αυτω ο φαμμουθ*) (quatern. ιϛ') — γινωμεθα το παραγγελμα ... το πνα το αγιον παρακαζει πως εν τη καταμονας (ια').

Ad haec aetate proxime accedunt folia sex, primum uncialibus formis eiusdem saeculi octavi (Ορισωμεθα ουν τον ... quat. κγ'), tum minusculis scripta.

Tertio loco ea ponamus folia, quae philosophici fuisse videntur argumenti; inveni enim locum ubi τὸ ὄν, τὸ οὐκ ὄν et tertium aliquid sibi invicem opponuntur. Iste locus in iis est foliis quae triplicem scripturam minusculam prae se ferunt. Alibi scriptum vidi λεῖψις λέγεται, qua de voce vide Handwörterb. der Gr. Spr. von Jacobitz u. Seiler. II. p. 1786.

Accedunt quarto loco reliquiae alius scripturae minusculae, unde τοις πρεσβυτεροις et ως δε επ[επεσεν] το πνα επ αυτους notavi.

Quinto loco commemoranda sunt folia triginta (quat. β' 2, quat. δ' 2, quat. ε' 2, quat. ϛ' 2, quat. ζ' 1, quat. η' 1, quat. θ' 2, quat. ι' 2, quat. ιβ' 2, quat. ιγ' 4, quat. ιε' 3, quat. ιζ' 3, quat. ιη' 2, quat. ιθ' 2) litteris elegantibus decimi saeculi scripta, in quibus fragmenta operum Gregorii Nazianzeni supersunt. Quat. ε' legi: ὅσα ἐνδιάθηκα· δι' ἐπῶν ἡρωϊκῶν. Θείοις ἐν λογίοισιν ἀεὶ γλώσσῃ τε νόῳ τε etc. Item quat. ϛ' titulum: κατὰ τῆς σαρκός.

Prae illis vero omnibus accuratius notanda sunt fragmenta sexti codicis, cuius supersunt folia quindecim, continentis tragoedias Euripidis. Ac trium quidem, Orestis, Phoenissarum, Andromachae, aliquot locos exscripsimus. Nec aliunde reliqua fragmenta certe pleraque derivata esse apparebit, si quis notas meas accuratius cum editis comparare voluerit. Quae a nobis Hierosolymis, quam in urbem codicem pertulimus, notata sunt, observato singulorum foliorum ordine indicabimus.

Fol. 1. — οὗτος τί πάσχεις (v. 1.) — πρὸς θεῶν σε λίσσομαι (v. 2.).

Fol. 2. rect. χρῆν γὰρ θανεῖν [ν]ιν ἐξ ἐμοῦ· πέμπει δέ με ματρὸν πυθοῦντα· θηρσὶν ἄθλιον βορὰν etc. Phoeniss. 1618 sqq.

Eodem verso: νεκρῶν δὲ τῶνδε· τὸν μὲν εἰς δόμους χρεὼν (το) ἤδη κομίζειν· τὸν δὲ δ' ὃς πέρσων πόλιν πατρίδα etc. Phoeniss. 1643 sqq.

Fol. 3. καλῶς θανόντες ἢ καλῶς σεσωσμένοι.

Fol. 4. — — — ἐξήγγειλέ μοι (v. 1.) οὐχ ἡ πρόσοψις ἀλλὰ τἄργα (v. 2.) —

Fol. 5. rect. σοὶ μὲν οὖν ἔγωγ' ἀμύνειν· ἀξιώτερος γὰρ εἶ. Orest. 1526.

Eodem verso: τὸν ἑλένης φόνον διώκων etc. Ibidem 1549.

Fol. 6. rect. πέλοπος ἐπὶ προπάτορος ἕδραν. Orest. 1441.

Eodem verso: οἱ δὲ πρὸς θρόνους ἔσω μολόντες. Ibidem 1407.

Fol. 7. τλάμονα· ἀμφὶ λέκτρων (v. 1.) — — διδύμων (v. 2.) — — γνῶθι (v. 3.) — —

Fol. 8. πένθος γὰρ (v. 1.) — — δρασ (v. 2.) — — δ (v. 3.) — — μοχθ (v. 4.) — —

*) Editum est in Actis SS. Jul. tom. II. p. 698 sqq. martyrium Patermuthii, Copretis et Alexandri, ut ex Fabricii Bibl. Gr. X. p. 305. hausimus.

Fol. 9. *γέρων γὰρ πηλεὺς* (v. 1.) — — *σοὶ δ' ἦν τις* (v. 2.) — —

Fol. 10. *θησεὺς τίν' ἡμάρτηκεν εἴς σ' ἁμαρτίαν· μὴ δρῶσ' ἔγωγε κεῖνον ὀφθείην κακῶς.*

Fol. 11. *χωρίσεταί τις πυθικὴν πρὸς ἑστίαν.* Androm. 1069.

Fol. 12. *ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων* (v. 1.) — *ποσὶν* (v. 2.) — *λαβεῖν* (v. 3.) — *κἂν* (v. 4.) — *ἢ χρηστὸν* (v. 5.) — *γυναιξὶν* (v. 6.) —

Fol. 13. *εἰ γὰρ γυναῖκες εἰς τόδ' ἥξουσιν θράσους.* Orest. 559.

Fol. 14. rect. *ἔτι μὲν ἐμπνεῖ* etc. verso *πότνια πότνια νὺξ* etc. Orest. 155 sqq. 174 sqq. Scholiorum textui adiectorum exemplum hoc est: *οἰκειούμενος ὁ χορὸς τὰς συμφορὰς καὶ συναχθόμενος γεγονότερον* (sic) *ἐξεβόησε τὸ ὦ τάλας. διὸ φησὶν ὀλεῖς εἰ βλέφαρα κινήσεις.*

Fol. 15. *δυσδαίμων δ' ἔρις ἄλλα.* Phoeniss. 825. *κἀκεῖ γὰρ ἦν τις πόλεμος Εὐμόλπου δορός.* Ibidem 868.

Ceterum istum librum palimpsestum iam ante nos viderat H. O. Coxe, clariss. bibl. Bodl. custos. In libro suo: Report to Her Majesty's government on the Greek Manuscripts yet remaining in libraries of the Levant, Lond. 1858. p. 55. Nr. 22. his verbis mentionem eius fecit: „Codex palimpsestus et rescriptus trium scripturam librariorum exhibens; quorum prior et antiquior sec. forsitan VII. literis uncialibus usus est, hodie tamen vix enucleandis; secundus Euripidis Orestem et Phoenissas tragoedias, nec non Gregorii Theologi poemata aliquot, sec. XI. ineunte exaravit; tertius, ut supra diximus, commentarium super prophetas."

XXIV.

In eiusdem monasterii libris perlustrandis in codicem incidimus, cuius ligatura agglutinatas habet epistulas duas encyclicas patriarcharum manu scriptas. Alteram scripsit *Γερμανὸς ἐλέῳ θεοῦ πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως ἱεροσολύμων*, alteram *Σωφρόνιος -- πατριάρχης τῆς ἁγίας πόλεως καὶ παλαιστίνης.* Prioris initium est: *Οἱ ἀπανταχοῦ ὄντες πανιερώτατοι μητροπολῖται καὶ ὑπέρτιμοι καὶ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι οἱ ἐν ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ καὶ συλλειτουργοὶ τῆς ἡμῶν μετριότητος· καὶ ἐντιμότατοι καὶ εὐλαβέστατοι κληρικοί τε καὶ ἱερεῖς καὶ ὅσοι τοῦ ἱεροῦ καταλόγου ὄντες*, item alterius: *Ὅσοι τε τοῦ ἱεροῦ καταλόγου.* Inventum indicavi fratribus duobus, suadens ut pretiosa *αὐτόγραφα* ex ligatura curiose solverent.

XXV.

Plures libros palimpsestos vel Graecos vel Ibericos deteximus in monasterio S. Crucis prope Hierosolyma.*) In codice Graeco liturgico form. quat. med. duorum antiquiorum librorum fragmenta latent, quorum alter litteris uncialibus saeculi VII. scriptus erat, alter minusculis saeculi X. De priore erui: *της κατα προληψιν*, de altera: *λη περὶ τοῦ ποῦ.*

*) Huius collegii novem tantum codices indicavit clar. Coxe in eo quem modo vidimus libro p. 53 sqq. Multo plures nobis examinare contigit. In iis quos Coxius praeteriit etiam est codex membr. form. quat. omnium Novi Testamenti librorum, item, de quo iam dixi in nuperrima editione V. T. iuxta LXX p. LVIII, psalterium uncialibus litteris saeculi IX. scriptum.

In alio codice sub recentiore scriptura Graecae litterae unciales saeculi VIII. apparent. Cuius scripturae antiquioris exempla duo haec sunt: *πολλακις τις ινα μη εις οφθαλμον λαβη την πληγην, τιμιον μελος, δεχεται δερμα υπερ: — η κοπρια η παντος θρονου βασιλεικου σεμνοτερα· απο μεν γαρ του θρονο .... βασιλεικον ουδεν — — κερδος αλλα προσκαιρος τερψις.*

XXVI.

In libris patriarchae Alexandrini codex est chartaceus saeculi XIV. Sophoclis tragoedias Ajacem et Electram cum scholiis continens. Textui tragoediarum praemissa est poetae vita (*βίος σοφοκλέους*), cuius scriptura inprimis convenit cum codice Jenensi, quem ad editionem vitarum scriptorum Graecorum minorum A. Westermann, collega clarissimus, adhibuit. Quod ut doceam, indicabo quibus locis codex bibl. patriarchalis a textu Westermanni differt. Initium vitae facit verbis *Καλλιππίδου ὑποκριτοῦ ἀπὸ ἐργασίας ἐξ ὀποῦντος ἥκοντος*, quae ipsa cum codice Jenensi conveniunt; vide apud Westermannum pag. 130. ineunte. Versu 62. cod. patr. habet *περὶ τοὺς* cum codd. Jen. et Paris. pro *παρὰ τοὺς*, v. 63. *πέμψαντος* (cum cod. Jen.) *σοφοκλεῖ σταφυλὴν, λαβόντα αὐτὸν*, ibidem cum Jen. et Par. *ῥάγα* (sic) *εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ ἔτι ὀμφακ.*, v. 66. *ἀναγινώσκοντα*, ibidem confirmat *νοήματι*, v. 67. cum Jen. *ἢ ὑποστιγμ.*, ibidem invitis reliquis omnibus *τοῦ λόγου οὐκ ἔχοντος πρ. ἀνάπαυσιν*, v. 68. *ἄγαν ἀποτεῖναι* cum Jen., ibidem cum eodem *καὶ τὴν ψυχ. σὺν τ. φωνῇ*, v. 69. *οἱ δὲ*, ibidem cum Jen. omittit *τοῦ δράματος*, v. 72. *τοῖχον* cum Jen. pro *τείχους*, ibidem *φασὶ δὲ ὅτι*, v. 74. confirmat *χῶρον* codicis Jen., ibidem cum Jen. et Paris. habet *τετευχηκότων*, ibidem *κατὰ* pro *κατ'*, v. 75. omittit cum Jen. *κατ' ὄναρ*. Ad finem p. 132. habet v. 5. *ὑγρὸς* cum Jen. et *ἐπεκαθέζετο*, ibidem *ἄλλοι* cum vulg., v. 6. omittit cum Jen. *τὸ στόμα*, ibidem *δὲ καὶ* cum Jen. et alio Paris., v. 7. *ἀθήνηθεν* confirmat invito Jen., sed *φρύγιον* cum eodem tenet.

Argumentum Electrae sic scriptum est. *Ὑπόκειται ὧδε ὁ τροφεὺς, δεικνὺς τῷ ὀρέστῃ τὰ ἐν ἄργει. μικρὸν γὰρ ὄντα αὐτὸν κλέψασα ἡ ἠλέκτρα, ἡνίκα ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐσφάζετο, δίδωσι τῷ τροφεῖ, φοβουμένη μὴ καὶ αὐτὸν ἀποκτείνωσι σὺν τῷ πατρί. ὁ τροφεὺς δὲ ἐστιν ὁ προλογίζων, πρεσβύτης ὢν, καὶ ὑπεκθέμενος τὸν ὀρέστην εἰς τὴν φωκίδα πρὸς τὸν στρόφιον. εἴκοσι δὲ ἐτῶν γενόμενος ἀφίκετο μετὰ τοῦ παιδαγωγοῦ εἰς τὸ ἄργος, ἐν ᾧ καιρῷ ὑπεδείκνυ αὐτῷ τὰ ἐν ἄργει. — Ἀπειρόκαλον δέ ἐστι τὸ λέγειν ὅτι ὃν τρόπον κατὰ μέρος τὰ τῆς ἰθάκης ἡ ἀθηνᾶ ἔδειξε τῷ ὀδυσσεῖ, οὕτως ἔδει καὶ τὸν παιδαγωγὸν τῷ ὀρέστῃ δεῖξαι· τῷ μὲν γὰρ ἀγνοοῦντι δείκνυσιν ὁ παιδαγωγὸς, τῷ δὲ ἀπιστοῦντι ἡ ἀθηνᾶ.*

In textu Electr. 162. codex habet *δέξετ'* (pro *δέξεται*) *εὐπατρίδων*, v. 168. *ὁ δ' ἐλάθετο* pro *ὁ δὲ λάθεται*, v. 170. *ἔρχετ' ἀγγελίας* pro *ἔρχεται ἀγγ.*, v. 171. *αἰεὶ* pro *ἀεί*. Item Aj. v. 119. ad *εὐρώδη Τροίαν* addit (quod ex scholio fluxisse videtur) *ἠνεμόεσσαν*, et v. 118. habet *ἐπάγων ἄταν* pro *ἄτ. ἐπ.* Quae in editis ad finem argumenti Ajacis leguntur, *τρωτὸν ἔμεινε*, pro iis codex praebet *ἄτρωτον οὐ διέμεινεν*. Ibidem antea pro *ἥκουεν ἐπὶ τὰ τοι. νοσήμ.* habet *ἐμπίπτουσιν ἐπὶ* etc.

Scholiorum exempla sunt: *Μαθεῖν ὅτου: οἱ ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ὑποτακτικοῦ ἄρθρου τῆς γενικῆς τῶν γενικῶν τοῦ οὗ καὶ τῆς δοτικῆς τοῦ ᾧ τὸ ὅτου λέγουσιν καὶ τὸ ὅτῳ, προστιθέντες τὸ τοῦ καὶ*

τὸ τῷ. τούτοις δὲ ἀκολουθοῦντες οἱ ποιηταὶ καὶ ἐπὶ τῶν πλειόνων ἐνίοτε τοῦτο ποιοῦσιν, οἷον ὅτων ἀντὶ τοῦ ὧντινων, καὶ ὁτέοις ἀντὶ τοῦ οἷστισιν. ἐπὶ δὲ τῶν αἰτιατικῶν οὐδέποτε τοῦτο ποιοῦσιν, οὔτε οἱ ποιηταὶ οὔτε οἱ ῥήτορες. — Πειρᾶν τιν' ἐχθρῶν: ἐκ τοῦ πειρῶμαι γίνεται. φαμὲν δὲ πειρῶμαί σε καλεῖν ἀντὶ τοῦ διὰ πείρας καταλαμβάνω σε καλεῖν· καὶ πειρῶμαι τῆς σῆς γνώμης ἀντὶ τοῦ θέλω διὰ πείρας ταύτην καταλαβεῖν· καὶ πειρῶμαι βλάπτειν σε ἀντὶ τοῦ ἐπιχειρῶ. ἀφ' ὧν πεῖρα, ἣν δίδωσί τις τινὶ ἢ λαμβάνει, καὶ ἡ ἐπιχείρησις, ὡς ἐνταῦθα. — Ἀνδρὶ δυσμενεῖ: διττῶς τοῦτο· ἢ γὰρ ὅτι ἀνθίστατο αἴας ὀδυσσεῖ καὶ ἐφιλονείκει ζητῶν τὰ τοῦ ἀχιλλέως ὅπλα λαβεῖν, καλεῖ αὐτὸν δυσμενῆ· ἢ ὅτι τῷ ἀποτυχεῖν αὐτὸν τῶν ὅπλων μανεὶς ἐζήτει αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀτρείδας ἀποκτεῖναι, ὡς οὗτος φησὶν (hoc accentu) *ὁ ποιητής. — Ἔχει περάνας: ἀντὶ τοῦ ἐπέρανεν ὁ αἴας ἀπροσδόκητον πρᾶγμα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς ταύτης· ὃ οὐδεὶς ἀπὸ τῶν ἑλλήνων προσεδόκησεν ἄν. ἔστι δὲ ἀττικὴ ἡ σύνταξις.*

XXVII.

In codice Patmio saeculi X. plura leguntur excerpta commentariorum Hippolyti Romani. Quorum ut pauciora iam in Fabricianam operum Hippolyti editionem recepta sunt, ita plura nondum innotuerunt nisi ex ultimo volumine novae patrum bibliothecae Maianae, quod Romae anno 1854. prodiit. Quae ex cod. Patm. hausimus, hoc loco plene describemus, non modo ad confirmandam editorum fidem, quod ipsum in fragmentis eiusmodi grave est, sed etiam quoniam scriptura ab editis satis differt, nec raro ita ut ad restituendum supplendumque ipsius Hippolyti textum valeat. Ceterum ad primum scholion etiam codicem Coisl. 120. (de quo iam supra pag. 110. dictum est) et (ex comm. bibl. Vind. Lambecc. ut edidit Kollar, tom. VIII. p. 829.) cod. Vind. adhibuimus.

Nr. 1.

Ἱππολύτου ἐκ τῶν (Fa. et Coisl. *τοῦ*) *εἰς τὰ ᾄσματα* (ita etiam Vind., Fabr. et Coisl. *τὸ ᾆσμα*) *τῶν ᾀσμάτων.*

Καὶ ποῦ πᾶσα ἡ πλουσία αὕτη γνῶσις; ποῦ δὲ τὰ μυστήρια ταῦτα καὶ (ita etiam Coisl. et Vind.; Fa. om.) *ποῦ αἱ βίβλοι; ἀναφέρονται γὰρ* (ita Fa. Coisl. Vind., solus Patm. om.) *μόναι αἱ παροιμίαι καὶ ἡ σοφία καὶ ὁ ἐκκλησιαστὴς καὶ τὸ ᾆσμα τῶν* (ita Fa. Coisl. Vind., sed Patm. om.) *ᾀσμάτων. τί οὖν; ψεύδεται ἡ γραφή; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ πολλὴ μέν τις ὕλη γεγένηται* (ita Coisl. et Vind., item Patm. *-έννηται*, Fa. *γέγονε*) *τῶν γραμμάτων, ὡς δηλοῖ τὸ λέγειν ᾆσμα* (Fa. add. *τῶν*, non item Coisl. et Vind.) *ᾀσμάτων. σημαίνει γὰρ ὅτι ὅσα* (ita Patm. et Vind., Fa. *ὃ*, Coisl. plane om.) *περιεῖχον αἱ πεντακισχίλιαι ᾠδαὶ* (Coisl.** add. *ὃ*) *ἐν τῷ ἑνὶ διηγήσατο. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Ἐζεκίου τὰ μὲν τῶν βίβλων* (Fa. et Coisl. *βιβλίων*) *ἐξελέγησαν, τὰ δὲ* (Coisl. add. *καὶ*) *περιώφθησαν· ὅθεν φησὶν ἡ γραφή, αὗται αἱ παροιμίαι Σολομῶντος αἱ ἀδιάκριτοι, ἃς ἐξεγράψαντο* (item Coisl. et Vind., Fa. *ἐγράψαντο*) *οἱ φίλοι Ἐζεκίου* (solus cod. Patm. *-κία*) *τοῦ βασιλέως. πόθεν δὲ ἐξελέξαντο ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν βιβλίων* (Vind. *βίβλων*) *τῶν ἐγκειμένων ἐν αἷς λέγει* (Fa. add. *ταῖς*) *τρισχιλίαις* (Coisl. *ἐν ταῖς* — sed

ταῖς ex *αἷς* effectum manu emendatrice — *τρισχιλίαις* etc.) *παραβολαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ᾠδαῖς*[1]); *ἐξ αὐτῶν οὖν τούτων οἱ φίλοι Ἐζεκίου σοφοὶ ὑπάρχοντες ἐξελέξαντο τὰ* (Vind. om.) *πρὸς οἰκοδομὴν* (Fa. add. *τῆς*, non item Coisl. et Vind.) *ἐκκλησίας*.

Nr. 2.

Post haec cdd. Patm. et Coisl. novam inscriptionem habent: *Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐκ τῆς ἀρχαιολογικῆς ἱστορίας*, qua praetermissa Fabr. (ex Anastasio) et cod. Vind. ea quae sequuntur ad Hippolyti locum qui praecedit trahunt. Sunt autem haec: *Τὰς δὲ βίβλους τοῦ Σολομῶντος τὰς περὶ τῶν παραβολῶν καὶ ᾠδῶν, ἐν* (cod. Patm. *αἷν*) *αἷς περὶ φυτῶν καὶ παντοίων ζώων φυσιολογίας, χερσαίων πετεινῶν τε καὶ νηκτῶν, καὶ ἰαμάτων πάθους παντὸς* (Fa. et Vind. *πάντως*), *γραφείσας αὐτῷ ἀφανεῖς ἐποίησεν Ἐζεκίας διὰ τὸ τὰς θεραπείας τῶν νοσημάτων ἔνθεν κομίζεσθαι τὸν λαὸν καὶ περιορᾶν* (Coisl. *περ. καὶ παρορᾶν*) *αἰτεῖν* (pro *αἰτεῖν* Fa. et Vind. *αὐτῶν*) *παρὰ θεῷ τὰς ἰάσεις*.

Nr. 3.

Quem Eusebii locum excipit titulus: *Τί ἐστιν ἡ σοφία οἰκοδομήσασα ἑαυτῇ οἶκον*[1]) addita nota nominis Hippolyti. Legitur autem ipsum scholium hunc in modum: *Χριστὸς ἡ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς σοφία καὶ δύναμις τὴν ἑαυτοῦ σάρκα· ὁ λόγος γὰρ σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*[2]). — *καὶ ὑπήρεισεν στύλους ἑπτά· τὴν τοῦ ἁγίου*[3]) *πνεύματος ἑβδομάδα*[4])· *ὥς φησιν Ἡσαΐας, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα τοῦ θεοῦ*[5]). — *ἔσφαξεν δὲ τὰ ἑαυτῆς θύματα τοὺς προφήτας κατὰ καιρὸν ἀναιρουμένους παρὰ τῶν ἀπίστων*[6]) *ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ βοῶντας, ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς*. — *ἐκέρασεν*[7]) *εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον· εἰς τὴν παρθένον· τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἑνώσας τῇ σαρκὶ ὡς οἶνον ἄκρατον, ὁ σωτὴρ ἐγεννήθη ἐξ αὐτῆς ἀσυγχύτως θεὸς καὶ ἄνθρωπος. καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς*[8]) *τράπεζαν· τὴν ἐπίγνωσιν τῆς*[9]) *τριάδος καταγγελλομένην*. — *ἀπέστειλεν τοὺς ἑαυτῆς δούλους· συγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος, ὅς ἐστιν*

[1]) In cod. Patm. et Vind. est *τρισχιλίας παραβολὰς κ. πεντακισχιλίας ᾠδάς*.

[1]) Fabr. *τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου πάπα Ῥώμης εἰς τὸ· Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον*.

[2]) Haec multo auctiora (e cod. Taur.) Fabr. et (a Sim. de Magistr. in act. mart.) Lagardius sic: *ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά, τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἁγίαν σάρκα, στύλους ἑπτὰ τὴν ἑβδομάδα τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπ' αὐτὴν* (Mai. *ἐπ' αὐτῇ*) *ἀναπαυομένου ἐσήμανε*. (Haec omnia solus Lag. praemittit. Exscripsit vero eadem e catenis A. Maius Nov. pp. bibl. II p. 73., ubi additur: *καθὼς Ἡσαΐας μαρτυρεῖ λέγων· ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα*) *Χριστὸς γάρ* (Fa. om.) *φησίν, ἡ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς σοφ. κ. δύν. ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, τὴν ἐκ παρθένου σάρκωσιν, καθὼς προείρηκεν. ὁ λογ. σά. ἐγέν. κ. ἐσκ. ἐ. ἡμῖν, ὡς μαρτυρεῖ καὶ ὁ σοφὸς προφήτης· ἡ πρὸ τοῦ αἰῶνος, φησί, καὶ παρεκτικὴ ζωῆς, ἡ ἄπειρος σοφία τοῦ θεοῦ ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον ἑαυτῇ ἐξ ἀπειράνδρου μητρός, ναὸν γοῦν* (Sim. de Mag. *γῆν*) *σωματικῶς περιθέμενος*.

[3]) Fa. et Lag. *παναγίου*. [4]) Iidem *εὐωδίαν*.

[5]) Ad haec addunt (aliena ab Hipp.) Fa. et Lag. *ἄλλοι δὲ λέγουσιν εἶναι στύλους ἑπτὰ τὰ ἑπτὰ θεῖα τάγματα τὰ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ καὶ θεοπνεύστου διδασκαλίας τὴν κτίσιν βαστάζοντα, ἤγουν τοὺς προφήτας, τοὺς ἀποστόλους, τούς μάρτυρας, τοὺς ἱεράρχας, τοὺς ἀσκητάς, τοὺς ὁσίους καὶ τοὺς δικαίους*. [6]) Haec illi sic exaggerata: *τὸ δὲ ἔσφ. τὰ ἑ. θύμ., τοὺς προφ. φησὶ καὶ μάρτυρας τοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τ. ἀπίστ. ὥσπερ ἄρνας ἀναιρ. ὑπὲρ* etc. [7]) Fa. et Lag. *καὶ ἐκέρ*. [8]) Lag. (ex errore) *ἑαυτοῦ*. [9]) Fa. et Lag. *τ. ἁγίας τρ. καταπαγγ.* praetereaque addunt: *καὶ τὸ τίμιον καὶ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, ἅπερ ἐν τῇ μυστικῇ καὶ θείᾳ τραπέζῃ καθ' ἑκάστην ἐπιτελοῦνται θυόμενα εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀειμνήστου καὶ πρώτης ἐκείνης τραπέζης τοῦ μυστικοῦ θείου δείπνου*.

ἄφρων, ἐγκλινάτω πρός με, τοὺς ἀποστόλους εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον προσκαλουμένους πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ[10]). — *καὶ*[11]) *τοῖς ἐνδεέσιν φρενῶν εἶπεν τοῖς μήπω κεκτημένοις τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος*[12]), *ἔλθετε φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων*[13]), *καὶ πίετε οἶνον ὃν ἐκέρασα*[14]) *ὑμῖν· τὴν θείαν αὐτοῦ σάρκα καὶ τὸ ἅγιον*[15]) *αὐτοῦ αἷμα δέδωκεν ἡμῖν ἐσθίειν καὶ πίνειν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.*

Nr. 4.*)

Τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι, τῇ ἁμαρτίᾳ[1]), *ἡ πορνεία, φθόνος*[2]), *εἰδωλολατρεία, καὶ αὗται*[3]) *αἱ τρεῖς οὐκ ἐνεπίπλασαν*[4]) *αὐτήν· οὐ γὰρ ἐμπιπλᾶται*[5]) *ἀεὶ διὰ τῶν πράξεων τούτων νεκροῦσα ἡ ἁμαρτία τὸν ἄνθρωπον*[6]). *ἡ δὲ τετάρτη*[7]) *οὐκ ἠρκέσθη εἰπεῖν Ἱκανόν, ἡ κατὰ πάντων*[8]) *πονηρὰ ἐπιθυμία*[9]). *ὥσπερ γὰρ ἓν μέν ἐστιν τὸ σῶμα, ἔχει δὲ μέλη πολλὰ*[10]), *οὕτως*[11]) *καὶ ἡ ἁμαρτία μία οὖσα πολλὰς καὶ ποικίλας ἐπιθυμίας ἔχει*[12]). *ὅθεν τοῦτο διδάξαι βουλόμενος διὰ παραδειγμάτων ἐπάγει λέγων*[13]) *Ἅιδης καὶ ἔρως γυναικὸς καὶ τάρταρος καὶ γῆ μὴ*[14]) *ἐμπιπλαμένη ὕδατος· καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ οὐ μὴ εἴπωσιν Ἀρκεῖ. ὃν γὰρ τρόπον ὁ ᾅδης οὐ διαλείπει δεχόμενος ψυχὰς ἀνθρώπων, οὐδὲ ὁ ἔρως τῆς ἁμαρτίας παύσεται ἐκπορνεύων καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων διαφθείρων*[15])· *τῆς*[16]) *δὲ αὐτῆς ἐννοίας ἔχονται ὅ τε τάρταρος καὶ τὰ λοιπά.*

Ὀφθαλμὸν καταγελῶντα[1]) *πατρὸς καὶ ἀτιμάζοντα γῆρας μητρός, βλασφημοῦντα τὸν θεὸν καὶ πατέρα, καὶ ἐξουθενοῦντα Χριστὸν τὴν*[2]) *τοῦ θεοῦ σοφίαν· ἐκκόψαισαν*[3]) *αὐτὸν κόρακες ἐκ τῶν φαράγγων, τὰ ἀκάθαρτα καὶ πονηρὰ πνεύματα, τὸ διορατικὸν τῆς ἀφροσύνης ὄμμα· καὶ καταφάγοισαν*[4]) *αὐτὸν νεοσσοὶ ἀετῶν, καταπάτημα*[5]) *ἔσονται τοῖς ποσὶν τῶν ἁγίων.*

Τρία ἐστὶν ἀδύνατά μοι νοῆσαι καὶ τὸ δ´ οὐκ ἐπιγινώσκω[6])· *ἴχνη ἀετοῦ πετομένου, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάληψιν· καὶ ὁδοὺς ὄφεως ἐπὶ πέτρας, ὁ διάβολος οὐχ εὗρεν ἴχνος ἁμαρτίας ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ· καὶ τρίβους νηὸς ποντοπορούσης, τῆς ἐκκλησίας ὡς ἐν πελάγει τῷ βίῳ τούτῳ τῇ εἰς Χριστὸν*

[10]) Fa. et Lag. sic: *τὸ δὲ ἀπέστ. τ. ἑ. δούλ. ἡ σοφία, ὁ χριστὸς δηλονότι, συγκαλ. με. ὑψ. κηρ. ὅς ἑ. ἀ. ἐκκλ. πρ. με φάσκουσα, τοὺς ἱεροὺς ἀποστ. πρόδηλον τοὺς εἰς τ. σύμπ. κό. διαδραμόντας καὶ προσκαλέσαντας τὰ ἔ. εἰς τ. ἐκείνου ἐπίγν. ἀληθῶς τῷ ὑψηλῷ καὶ θείῳ τούτων κηρύγματι.* [11]) Fa. et Lag. *τὸ δὲ καί.* [12]) Fa. et Lag. *τὴν τοῦ ἁγ. πν. δύν. δηλονότι.* [13]) Fa. et Leg. *τὸν ἐμὸν ἄρτον.* [14]) Cod. *ἐκέρακα.* Fa. et Lag. *κέκρακα.* [15]) Fa. et Lag. *τίμιον.* Iidem post *ἡμῖν* addunt *φησίν.*

*) Quae sequuntur omnia inde a *τῇ βδέλλῃ* usque *τὸν λόγον τῆς ἀληθείας*, in Fabricii et Lagardii libris desiderantur. Protulit nuper, ut iam indicatum est, e catenis Vaticanis Ang. Maius. Quorum nihil animadvertit P. A. de Lagarde, quum „Hippolyti Romani quae feruntur omnia Graece" a. 1858 editurum se in libri titulo professus esset. Quantopere vero scriptura Romana ex codice Patmio emendanda sit, facile patebit.

[1]) Mai. *τῇ ἁμαρτ. ἀγαπώμ. ἀγαπήσει.* [2]) Mai. *ὁ φθόν.* (sed ipse editor correxit *φόν.*) *καὶ εἰδ.*

[3]) Mai. om. *καὶ αὗτ.* [4]) In codice est *ἐνεμπίπλ.* ut etiam cod. Alex. habet; Mai. *οὐ ἐνεπίπλησαν.* [5]) Hoc acc. ipse cod. ; Mai. *ἐμπίπλ.* [6]) Mai addit: *μηδέποτε ἠλλοιωμένη ἀλλὰ πάντοτε ἐπαίξουσα.* [7]) Mai. *ἡ γὰρ τετ. φησίν.* [8]) Mai. *κατὰ πάντα.* [9]) Mai. add. *τετάρτην λέγων τὴν μετὰ πάντων ἐπιθυμίαν ἐσήμανεν.* [10]) Mai. *μέλ. δ. πο. ἔχ.* [11]) Mai. *οὕτω.* [12]) Mai. *ἐν ἑαυτῇ ἔχ. δι' ὧν ἐπίβουλος τῶν ἀνθρώπων γίνεται.* [13]) Mai. *διὰ παρ. δή φησιν.* [14]) Mai. *οὐ.* [15]) Mai. *οὐδένα γὰρ τρόπ. ὁ ᾅδ. οὐ δι. δεχ. ψ. ἀνόμων ἀνθρ. οὐδὲ ὁ ἔρ. τ. ἁμ. ὡς γυναικὸς παύεται ἐκπ., προδότης τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ὅστις γενόμενος.* [16]) Mai. *ὡς τάρταρος δὲ ἀεὶ ἐν* etc. quibus nihil in textu Patm. respondet.

[1]) Mai. negligentissime: *ὀφθαλμὸς καταγελῶν τὰ τοῦ πα.* (pergens *κ. ἀτιμάζοντα*). [2]) Mai. corrupte: *βλ. τ. θε. καὶ μητέρα ἐξουθ. Χριστοῦ τὴν.* [3]) Mai. ex errore *ἐκκόψασαν.* [4]) Mai. *καταφάγοιεν* [5]) Mai. *καὶ καταπατημένα.* [6]) Mai. *τέταρτον* pro *δ´.*

ἐλπίδι διὰ τοῦ σταυροῦ κυβερνωμένης· καὶ ὁδοὺς ἀνδρὸς ἐν νεότητι, τοῦ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς παρθένου γεγεννημένου· ἰδοὺ γάρ φησιν ἀνήρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ[7]).

Τοιαύτη ὁδὸς μοιχαλίδος, ἣ ὅταν πράξῃ, ἀπονιψαμένη οὐδέν φησιν πεπραχέναι[8]) *ἄτοπον· τοιαύτη ἐστὶν ἡ ἀναστροφὴ τῆς ἐκκλησίας πιστευούσης Χριστῷ, ἣ μετὰ τὸ πορνεῦσαι ἐν*[9]) *τοῖς εἰδώλοις ἀποταξαμένη τούτοις καὶ τῷ διαβόλῳ καὶ ἀπολουσαμένη τὰς ἁμαρτίας καὶ λαβοῦσα ἄφεσιν οὐδέν φησιν πεπραχέναι ἄτοπον.*

Διὰ τριῶν σείεται ἡ γῆ, διὰ πατρὸς καὶ[10]) *υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· καὶ τὸ δ' οὐ δύναται φέρειν τὴν ἐσχάτην ἐπιφάνειαν τοῦ σωτῆρος*[11]). — *Ἐὰν οἰκέτις*[12]) *βασιλεύσῃ. Ὁ Ἰσραὴλ ἐν Αἰγύπτῳ δοῦλος γενόμενος καὶ ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας*[13]) *βασιλεύσας. καὶ ἄφρων πλησθῇ*[14]) *σιτίων· τὴν γῆν ἐξ ἑτοίμου λαβὼν καὶ φαγὼν καὶ ἐμπλησθεὶς ἀπελάκτισεν. καὶ παιδίσκη ἐὰν ἐκβάλῃ*[15]) *τὴν ἑαυτῆς κυρίαν· ἡ κυριοκτόνος συναγωγὴ σταυρώσασα τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ ἔξω τῆς πύλης*[16]). *καὶ γυνὴ μισητὴ ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ· ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ*[17]).

Τέσσαρά ἐστιν ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς, ταῦτα δέ ἐστιν σοφώτερα τῶν σοφῶν· οἱ μύρμηκες, οἷς οὐκ ἔστιν ἰσχύς, ἑτοιμάζονται θέρους τὴν τροφήν· τὰ[18]) *ἔθνη διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἑτοιμάζουσιν ἑαυτοῖς τὴν αἰώνιον ζωὴν δι' ἔργων ἀγαθῶν. καὶ οἱ χοιρογρύλλιοι ἔθνος οὐκ ἰσχυρὸν ἐποίησαν ἐν πέτραις τοὺς ἑαυτῶν οἴκους· τὰ ἔθνη ἐπὶ τῇ πνευματικῇ πέτρᾳ Χριστῷ ᾠκοδόμηνται, ἥτις ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. ἀσκαλαβώτης χερσὶν ἐρειδόμενος καὶ εὐάλωτος ὤν, οὗτος οἰκεῖ ἐν ὀχυρώμασιν βασιλέων· ὁ λῃστὴς ἐν τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ἐπερειδόμενος οἰκεῖ ἐν τῷ παραδείσῳ, τῷ ὀχυρώματι τῶν δύο*[19]) *βασιλέων, πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.*

Ἀβασίλευτον ἡ ἀκρίς, καὶ ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως. ἀβασίλευτα ἦσαν τὰ ἔθνη, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας γὰρ ἐβασιλεύοντο· νῦν δὲ πιστεύσαντα[20]) *τῷ θεῷ στρατεύονται τὴν ἐπουράνιον στρατείαν.*

Τρία ἐστὶν ἃ εὐόδως πορεύεται, καὶ τὸ δ' ὃ καλῶς διαβαίνει· ἄγγελοι ἐν οὐρανοῖς, ἅγιοι ἐπὶ τῆς γῆς, ψυχαὶ δικαίων ὑπὸ γῆν· καὶ τὸ δ', ὁ θεὸς λόγος σαρκωθεὶς διέβη καλῶς μήτραν παρθένου, ἀνάπλασιν τοῦ Ἀδὰμ ποιούμενος· διέβη[21]) *ἐν κόσμῳ, κῆρυξ ἀληθείας γενόμενος· διέβη ἐν ᾅδῃ, τὰς ψυχὰς τῶν πεπεδημένων λῦσαι τοῦ δέσμου βουλευόμενος· διέβη πύλας οὐρανῶν, ἀπαρχὴ ἀναστάσεως καὶ ἀναλήψεως πᾶσιν γενόμενος.*

Σκύμνος λέοντος ἰσχυρότερος κτηνῶν· Χριστὸς ὑπὸ Ἰακὼβ ἐν τῷ Ἰούδᾳ[22]) *προφητευόμενος. Ἀλέκτωρ περιπατῶν ἐν θηλείαις εὔψυχος*[23]). *Παῦλος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις προθύμως κηρύσσων τὸν λόγον τοῦ θεοῦ*[24]). *Τράγος ἡγούμενος αἰπολίου· ὁ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κόσμου σφαγιασθεὶς*[25]). *Καὶ βασι-*

7) Huius loci textus prorsus idem est apud Maium. 8) Mai. negligenter: *οὐδ. φήσει πεπραχθῆναι.* 9) Mai. omittit. 10) Mai. om., postea plene scriptum habet *τὸ τέταρτον.* Item infra. 11) Mai. *τοῦ Χριστοῦ.* 12) Mai. *οἰκέτης.* 13) codex *ἐπαγγελείας.* 14) Mai. *πλησθεὶς.* 15) Mai. *ἐκβάλλῃ.* 16) Mai. om. male verba *ἔξω τ. πύλης.* 17) Ista omnia: *καὶ γυνὴ — τ. Χρ.* apud Mai. desiderantur. 18) Mai. male *καὶ τὰ.* 19) Sic cod. Patm., rectius ut videtur Mai. *τριῶν.* 20) Mai. *πιστεύσαντες.* 21) Ab hoc altero *διέβη* ad quartum transilit catena apud Maium, ita ut verba *διέβη ἐν κόσμῳ* usque *βουλευόμενος* apud eum desint. 22) Mai. *ἐν τ. Ἰ. ὑ. Ἰακ.* 23) Mai. *εὐψύχως.* 24) Mai. *Χριστοῦ τοῦ θεοῦ.* 25) Mai. *ἁγιασθεὶς.*

λεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει· Χριστὸς βασιλεύσας ἐπὶ τὰ ἔθνη δημηγορεῖ διὰ προφητῶν καὶ ἀποστόλων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

Nr. 5.

Sequitur in codice: πῶς νοητέον τὸ Οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν ἐν ἀνθρώπῳ, ὃς (sic, ut cod. Alex.) φάγεται καὶ πίεται καὶ δείξει τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ἐν μόχθῳ αὐτοῦ. (Eccl. 2, 24.) Hunc titulum quae verba excipiunt (praeposito numero η'), ea et ipsa Hippolyto (nec contra videtur esse codex Patmius) adscribuntur apud Anastasium Sinaitam quaest. XL. et in Mss. Bodl. apud Sim. de Magistr. p. 273., unde ad editionem Lagardii transierunt, cf. pag. 200. nr. 136. Οὐ σαρκικῶς ἐσθίειν καὶ πίνειν προστάσσει ὁ ἐκκλησιαστὴς ἀλλὰ πνευματικῶς etc. Convenit autem scriptura codicis Patmii cum editis, nisi quod pro ἀπατᾶσθε habet ἀπατᾶσθαι, item πορευθῆναι pro πορεύεσθαι.

XXVIII.

Quo codice Coisliniano supra (pag. 110.) usi sumus ad edendum Pseud-Epiphanii libellum de prophetis, ex eodem Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana pag. 193. exeunte aliquot versus de canone bibliorum sacrorum exscripsit. Qua in re varie erravit. Non enim in codice est: ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐκ τῶν ἐπῶν. Ὄρρα δὲ etc.; sed index librorum Novi Testamenti exit verbis: παύλου ιδ. ἀποκάλυψις ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ. Iam sequitur: τοῦ θεολόγου. ἐκ τῶν ἐπῶν. Ὄρρα δὲ etc. Quae quidem ad Gregorium Nazianzenum, quem Theologi nomine veteres insignire solent, spectare in promtu est. Altero vero versu non scriptum est κακοήθεις sed κακοητες, quod corrigendum est κακότητες (non κακότητος, quemadmodum editio operum Gregorii Coloniensis 1690. habet). Neque quarto versu ἱστορικαὶ μὲν ἔασι βίβλοι δυοκαίδεκα πᾶσαι scriptura absolvitur, sed additur quintus: τῆς ἀρχαιοτέρης ἑβραϊκῆς σοφίης, ad quem ipsum illud πᾶσαι exeunte versu 4. positum sensu pertinere interpunctione significatur. Quos versus excipit index librorum Veteris Testamenti ex ratione eiusdem Gregorii: cf. Opp. II. p. 98. Quamvis scriptura codicis Coisl. bonitate non excellat, tamen haec notari possunt. Versu 14. βασιλειῶν (vix recte) pro βασιλήων, v. 17. σολομόντιαι*) pro -ώντειαι, v. 23. ἀμβακούμ pro ἀββακούμ, v. 30. ἀρίθμει (rectissime) pro ἄριθμοι, v. 32. (editum est male δι' ἰταλὴ pro δ' ἰταλὴ) ἀχαϊάδι pro ἀχαϊάδι. Finito carmine sequitur: περὶ τῶν ξ̄ βιβλίων καὶ ὅσα τούτων ἐκτός. Rursus post sexaginta illos hic titulus ponitur: καὶ ὅσα ἔξω τῶν ξ̄. Qui libri hunc in modum notantur: α' σοφία σολομῶντος· β' σοφία σιράχ· γ' μακκαβαίων· δ' μακκαβαίων· ε' μακκαβαίων· ϛ' μακκαβαίων· ζ' ἐσθήρ· η' ἰουδήθ· θ' τωβίτ. Hos denique excipiunt: καὶ ὅσα ἀπόκρυφα. α' ἀδάμ· β' ἐνώχ· γ' λάμεχ usque κε' εὐαγγέλιον κατὰ ματθίαν. Quae recte exscripsit Montefalconius, nisi forte retinere poterat ἠλιοῦ pro ἠλίου, et numero η' potius βαρνάβα ἐπιστολή quam -λαί pro ratione compendii edendum erat. Praeterea sub ιθ' in codice scriptum est: παύλου πράξεις.

*) Etiam in codice Patmio saeculi decimi scribitur: ὁ σολομόντιος ναός.

XXIX.

In codice Sangallensi nr. 912. sub recentiore scriptura cum multis psalterii fragmentis etiam aliquot Jeremiae fragmenta ex veteri versione Latina latent. Legimus non sine magna difficultate paginas 303 et 304. 309 et 310. 25 et 26. 31 et 32., quibus quattuor paginae libri antiquioris i. e. saeculi fere quinti ad rescribendum adhibiti repraesentantur, quavis pagina recentioris dimidiam antiquioris efficiente. Duabus alteris continebatur Jeremiae 47, 12—18., alteris 17, 10—16. Prioris loci versio Itala nondum innotuit; nec magis alterius, nisi quod ex Augustini, Ambrosii aliorumque scriptis plura fragmenta colligi possunt iamque a Blanchino collecta sunt. Itaque ad utrumque locum comparandum Vulgatae textum additis ad posteriorem patrum fragmentis ex opere Blanchini adscribemus.

I. Pag. 304.

Lex bibendi calicem biberunt
et tu dum mundata videris
non mundaberis· per me
enim iuravi dicit dns· quia
nemo pertransiet in op
probrio et in maledictione
eris in parte tua· et omnes
civitates tuae erunt deser

II. Pag. 309.

tae in aeternum· auditu
audivi a dmo et nuntios
ad gentes misit dicens con
gregate vos et venite adver
sum eam exsurgite in pug
nam· pupillum dedi te inter
gentes dignae (sic) contemptu

III. Pag. 303.

Inter homines lusus tuus
adquisivit hoc tibi stulti
tiam (sic) cordis tui habitavit
in cavernis petrarum
conprehendit munitio
nem collis excelsi et quia
exaltasti sicut aquila nidū
tuum inde detraham te

IIII. Pag. 310.

eritq· idumea sine vesti
gio· omnis qui transiet
per eam sibilabit sicut sub
versa est sodoma· et gomo[r]
ra et vicinae eius civitates
sic subvertam te dicit dns
omnipotens· non sedebi[t]

Cf. ad I. usque IIII. Jerem. 47, 12. Quia haec dicit dominus: Ecce quibus non erat (I.) iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent. Et tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes. 47, 13. Quia per me ipsum iuravi, dicit dominus, quod in solitudinem et in opprobrium et in desertum et in maledictionem erit Bosra, et omnes civitates eius erunt [II.] in solitudines sempiternas. 47, 14. Auditum audivi a domino, et legatus ad gentes missus est: Congregamini et venite contra eam, et consurgamus in praelium. 47, 15. Ecce enim parvulum dedi te in gentibus, contemptibilem [III.] inter homines. 47, 16. Arrogantia tua decepit te et superbia cordis tui, qui habitas in cavernis petrae et apprehendere niteris altitudinem collis: cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. 47, 17. [IIII.] Et erit Idumaea deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit et sibilabit super omnes plagas eius. 47, 18. Sicut subversa est Sodoma et Gomorrha et vicinae eius, ait dominus: non habitabit ibi vir etc.

V. Pag. 25.

——— [se]cundum vias eius
[et secu]ndum fructum co
[gitatio] num — — — —
— — — s· clamavit perdix
[congr]egavit — — —
———— multos rapiat sibi
———— adquirens divitias
——— [no]n cum iudicio in

VI. Pag. 32.

[dimidi]o dierum eius dere
[linque]nt eum et usq· in no
[vissim]o suo erit stultus·
[thron]us autem virtute
[exaltat]us est· et erit — —
— — o nostra patientia
— — rael·

VII. Pag. 26.

Dme omnes qui te [dereli]
querunt confun[dantur]
qui discesserunt [a te]
scribantur in libr[o mortis]
quia derelinquer[unt fon]
tem vitae dmi· cu[ra me dne]
et salvus ero· tu es [secu?]
ritas mea· ecce hii [dicunt]

VIII. Pag. 31.

mihi ubi est verb[um dni]
veni ego autem n[on labo]
ravi subsequens [te et diē]
hominis non de[sideravi]
tu scis quae proced[ebant de]
labiis meis in co[nspectu]
tuo sunt omnia· — —

Cf. ad V—VIII. Jerem. 17, 10. — — qui do unicuique [V.] iuxta viam suam et iuxta fructum adinventionum suarum (Aug. ut dem un. secundum vias eius et secundum fructum studiorum eius). 17, 11. Perdix fovit quae non peperit, fecit divitias et non in iudicio (Aug. Clamavit perd., congregavit quae non peperit [Auct. op. imp. in Mt filios quos non genuit], faciens divitias suas non cum iudicio) in (VI.) dimidio dierum suorum (Aug. eius) derelinquet (Aug. -quent) eas (Aug. eum) et in novissimo suo (Aug. -ssimis suis) erit insipiens (Auct. op. imp. stultus). 17, 12. Solium gloriae altitudinis a principio locus sanctificationis nostrae (Aug. sedes autem glor. exaltata est [Amb. thronus virtutis ex. est], sanctificatio nostra.) 17, 13. Exspectatio Israel (Aug. Patientia Isr.) (VII.) domine: omnes (Aug. universi) qui te derelinquunt, confundentur (Aug. -dantur); recedentes (Aug. qui recesserunt) a te, in terra scribentur (Aug. super terram scribantur; Auct. l. contr. Fulg. scribentur in libro mortis), quoniam dereliquerunt (cod. S. Gall. -linq-) venam aquarum viventium (Aug. fontem vitae) dominum (cod. ut edidimus: domini). 17, 14. Sana me domine, et sanabor (Hier. salvus ero), quoniam (Aug. quia, Hier. omittit) laus (Aug. gloria) mea tu es (Hier. tu es gl. mea). 17, 15. Ecce ipsi dicunt (VIII.) ad me (deest itala): Ubi est verbum domini? Veniat. 17, 16. Et ego non sum turbatus (Aug. etc. Non laboravi) te pastorem sequens (Aug. post te), et diem hominis non desideravi (Aug. concupivi), tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum (Hier. om.) in conspectu tuo fuit (Hier. ante faciem tuam est).

XXX.

Eadem bibliotheca Sangallensis pluribus gaudet codicibus veteribus Latini bibliorum textus. In quibus excellunt duo libri palimpsesti, alter evangeliorum, alter epistularum Pauli. Prioris fragmenta maiorem omnium quattuor evangeliorum partem comprehendunt [1]), in altero supersunt fragmenta epistularum ad Philippenses, ad Colossenses, ad Ephesios, prioris ad Thessalonicenses et prioris ad Timotheum. Textum continent Hieronymi, sed antiquissimis eius testibus adnumerandi sunt; neuter enim saeculo sexto inferior haberi potest. Utroque nuper usi sumus in adornanda VII. Novi Testamenti editione nostra critica (cf. Prolegg. CCL. et CCLI.), sed nondum ita excussi sunt ut decet. Ceterum iam anno 1830. eorum est mentio facta in Gustavi Haenel collegae clarissimi Catalogis librorum manuscriptorum pag. 729. adhibitis schedis Ildefonsi ab Arx. Qui quum excelleret tractandis antiquis scripturis, tamen in excerpendis illis evangeliorum fragmentis duobus locis graviter falsus est. Quae enim ad Matth. 23, 13. adnotata sunt, ex iis „Lucinii exemplar“ effecit, quod ad Haenelium quoque transiit [2]); at pro „lucinii“ legere debebat „latino“, quod ne cui post me codicem inspicienti dubium sit, chemicis infusis clarissimum reddidi. Scriptum enim ita est: *„In latino exemplari post hunc capitulum, ubi increpantur hyppocritae* (sic, non *hypocritae*), *qui cludunt* (sic, non *clodunt*) *regnum caelorum, sequitur hoc capitulum: Vae vobis scribae et pharisaei hyppocritae, qui comeditis domos viduarum oratione longa orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. Hoc* (ita videtur, etsi secunda littera potius u quam o esse videatur) *vero non habet hoc capitulum, unde arbitror apud latinos aliqua superflua inveniri.* Simili modo ad Joh. 1, 35. adnotatum est: *In altero exemplari iohanna repperitur pro iona, sed mihi magis videtur hoc rectum, cum etiam in alio loco manifestissime fili iona id est bariona dicatur.* Alter vero locus, quo in eruendo Ildef. ab Arx vehementer erravit, Mc. 1, 2 sq. est. Significavit enim sic ibi adnotatum esse: *Hoc in greco minime reperitur.* Quod si verum esset, gravissimum esset. Quum enim viris acutissimis dubium visum sit, an ipse Marcus evangelii sui initium illis Veteris Testamenti testimoniis exornaverit, tamen in veteribus textus sacri documentis nihil unquam inventum est quod dubitantes confirmaret. At nec in codice Sangallensi tale quid invenitur; scriptum enim ibi est: *in eseia minime repperitur.*

Ceterum „Graecum exemplar“, cuius cum Ildefonso ab Arx Haenelius meminit, revera aliquoties conlatum est cum Latinis. Ita ad Marc. 14, 3. adnotatur, et uncialibus quidem litteris pulcherrimis: *συντριψασα το* (sic; corrige notam in N. T. meo ad h. l.) *αλαβαστρον*. Ibidem ad v. 6.: *κοπους παρεχετε*. Ad Joh. 8, 25: *την αρχην in graeco accusatium* (sic) *sonat, non nominatium.*

[1]) Sangallensibus foliis etiam aliquot Turicensia accedunt, eiusdem corporis disiecta membra.

[2]) „Scriptor tria exemplaria ad manus habebat, duo Latina, quorum unum erat Lucinii, et tertium Graecum“.

Sed nunc quidem servatis in aliud tempus reliquis propositum est exemplum edere scripturae psalterii Latini, cuius eadem bibliotheca non exigua fragmenta continet. Textum illa praebent Italum, septimo fere saeculo scriptum, conferendum cum variis eiusdem rationis libris, quos ad suam bibliorum editionem Blanchinus adhibuit.

LXXXIII. in fine pro turcularibus·
filiis coreph· psalmus david·
Quam amabilia sunt tabernacu
la tua dne[1]) virtutum· Concu
piscit et defecit[2]) anima mea
in atria dni· cor meu et caro
mea exultaverunt in dm vivum·
eteni passer invenit sibi domum
et turtur nidu sibi ubi reponat
pullos suos· altaria tua dne[3])
virtutu rex meus et ds meus
Beati omnes qui habitant in domo
tua in sclm scli laudabunt te·
Beatus vir cuius est auxilium aput
te dne ascensus in corde eius·
Disposuit in convallem lacrima
ru in locu que disposuisti ei·
Eteni benedictionem dabit qui le
ge dedit ambulabunt de virtute
in virtutem videbitur ds deoru
in sion· Dne ds virtutum exaudi
praecem mea aurib: percipe ds iacob:
super omnia tabernacula iacob·
gloriosa dicta sunt de te civitas di·
Memor ero raab et babilonis scien
tib: me· ecce alienigine[4]) et tyrus
et populus aethiopum hi fuerunt
in ea· mater sion dicit homo et
homo factus est in ea et ipse funda
vit ea altissimus· Dns narravit
scripturis populorum suorum
et principum coru qui fuerunt
in ea· sicut laetantium omnium
nostroru habitantio est in te::

LXXXVII. psalmus cantici david·
Dne ds salutis meae in die clama
vi et nocte cora te· Intret
oratio mea in conspecto tuo
......[5]) inclina aurem tua ad pre
ce mea dne· Quia repleta est ma
lis anima mea et vita mea in infer
no adpropriavit·[6]) aestimatus su
cu discendentib: in lacum factus
su sicut homo sine adjutoriu inter
mortuos liber.

[1]) Secunda manu repositum est deus. [2]) Concupiscit et defecit: ita etiam psalt. Corb. [3]) Secunda manus addidit deus. [4]) Sic codex. [5]) Quod h. l. scriptum erat plane erasum est. [6]) Ita pro appropiavit.

sicut vulnerati dormientis[1]) pro
iecti in monumentis quoru̅ non
est memor[2]) amplius et quide̅ ipsi de
manu tua expulsi sunt· posuerunt
me in loco inferiori in tenebris et
in u̅bra mortis· In me confirma
ta est ira tua et omnes elationis[3])
tuas super me induxisti· Longe
fecisti notus meus[4]) a me posuerunt
me in abominatione[5]) sibi· tradi
tus su̅ et non egrediebar oculi mei
infirmati sunt pre inopia· clama
vi ad te dn̅e tota die expandi ma
nus meas ad te· numquid mor
tuis facies mirabilia aut medici
resuscitabunt et confitebuntur
tibi· numquid enarravit ali
quis in sepulchru̅ misericordi
am tuam aut veritate̅ tua̅ in perdi
tione̅· Nu̅quid cognuscentur
in tenebris mirabilia tua· et ius
titia tua in terra oblibionis·

[Ps. 100.]

Misericordia̅ et iudicium can
tabo tibi dn̅e psallam et intel
liga̅ in via̅ inmaculata̅ quan
do venies ad me· perambu
laba̅ in innocentia cordis mei
in medio domus tuae· non proponeba̅
ante oculus meus[6]) rem mala̅ facien
tes prevaricationes odivi· non ad
hesit mihi cor pravu̅ declinantes a me
malignus[7]) non agnoscebam· detra
hentem adversu̅ proximum suu̅ ocul
te[7]) eu̅ persequebar· supervo oculo et
insatiabile corde cu̅ hoc simul non ede
bam· oculi mei super fidelis[8]) terrae ut
sedeant hii mecum· Ambulans in via
inmaculata hic mihi ministrabat·
non habitabit in medio domus meae
qui faciunt supervia[7]) quo[9]) loquitur ini
qua non dixit[10]) in conspectu oculoru̅
meoru̅· In matutinis interficieba̅
omnes peccatores terrae ut disperda̅
de civitate dn̅i omnes qui operantur
iniquitatem::

XXXI.

Ad aliud psalterium pergimus, cuius fragmenta in thesauris eiusdem S. Galli bibliothecae locum habent*). Textum continet tum Graecum tum Latinum, sed illum et ipsum Latinis litteris scriptum. Ad similitudinem igitur accedit psalterii Veronensis, quod Blanchinus anno 1740. Vindiciis suis canonicarum scripturarum addidit. Cf. Vet. Test. nostr.

[1]) Correctum est dormientes. [2]) Secunda manu memoria. [3]) Correctum elationes. [4]) Correctum notos meos. [5]) Correctum abominatione̅. [6]) Correctum est oculos meos. [7]) Hoc loco nil correctum est. Intacta etiam manserunt oculte, insatiabile, faciunt supervia. [8]) Correctum fideles. [9]) Correctum qui. [10]) Erasum est t, sed emendatio (direxit) ut videtur non est absoluta.

*) Cum illis fragmentis etiam aliud psalterium Graecum et Latinum bibliothecae Sangallensis commemoravi: Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christliches Leben, 1857, Nr. 8, ubi est: Neue Arbeiten über theologische besonders biblische Schriftdenkmale zu München, St. Gallen und Zürich. Simile istud est pro scriptura et aetate codici evangeliorum Sangallensi a Rettigio a 1836 edito. Cum huius codicis tum eorum, de quibus in textu agimus, fragmentorum mentio faciunda erat in nuperrima editione nostra Veteris Testamenti sec. LXX. pag. LVIII.

ed. III. Prolegg. pag. LVIII sq. Quorum utrumque grave est de pronuntiatione litterarum Graecarum testimonium; vehementer autem eo inter se differunt quod liber Veronensis, quinti vel sexti saeculi, ab itacismo posterioris aevi multo magis quam Sangallensis abhorret, qui quidem nono demum saeculo scriptus videtur. Quae differentia quo melius appareat, sub Sangallensi textu ubique adnotandam curavimus Veronensem scripturam. Latinam vero columnam quam vocant non adposuimus, quoniam tota a vulgato textu pendet.

[E]ulogitos[1]) kyrrios·[2]) oti etha[umas]tosen
to eleos autu· en póli periochis[3])
[E]go de ipa· ecstasi[4]) mu· aperimme[5])
apo prosopu· ton ofthalmon[6]) su·
[D]ia tuto isacusas· ke·[7]) tis fonis tis deiseos[8]) mu·
en to ceeragene me prosse·
[A]gapisate[9]) ton kyrrion[10]) pantes· iosii[11]) autu·
oti alithias·[12]) ecziti[13]) kyrrios·[14]) ce antapodidosin·
tis perrissos· piusin[15]) iperifanian·[16])
[A]ndrizeste·[17]) ce crateústho icardia imon·[18])
pantes· hi[19]) elpizontes· epi kyrrion·[20])

[M]acharii·[1]) on aféthisan·[2]) e anomie·
ce on epecalipthisan·[3]) e amartie·
[M]acharios[4]) anir·[5]) o umi[6]) logisete kyrrios·[7])
amartian· unde[8]) estin en to stomati autu· dolos·
[O]ti esigisa·[9]) epaleothi[10]) ta osta mu·
apo tu crazin me· olin· tin iméran·[11])
[O]ti iméras·[12]) ce nictos·[13]) ebarinthi[14]) epe me·
icheir[15]) su· estrafin[16]) istaleporian mu·[17])
ento empagine[18]) mi[19]) acantha·[20])
[T]in anomian[21]) mu· egnorisa

[1]) eulogetos [2]) quirios [3]) perioches [4]) en te ecstasi [5]) aperrimme [6]) ophthalmon [7]) isecusas quirie [8]) tes phones tes deeseos [9]) agapesate [10]) quirion [11]) y osiy [12]) alethias [13]) ecseti [14]) quirios [15]) tys perissos pyusin [16]) yperephanian [17]) andrizesthe [18]) e cardia ymon [19]) y [20]) quirion.

[1]) macariy [2]) aphethesan [3]) apecalyphthesan [4]) macarios [5]) aner [6]) *u (u u?) me, **o (o u?) me pro o u mi [7]) quirios [8]) ude [9]) esigesa [10]) epaleothe [11]) olen ten emeran [12]) emeras [13]) nyctos [14]) ebarynthe [15]) e chir [16]) estraphen [17]) deest mu [18]) enpagene [19]) my [20]) acanthan addito diapsalma [21]) ten amartian.

ce tin [a]martian[1]) mu· uc ecalipsa·[2])
[I]pa· exagoreuso· catemu· tin[3]) anomian mu·
to k̄o·[4]) ce ypsi·[5]) afícas·[6]) tin[7]) asebían tis[8]) amartias mu·[9])
[Y]per tautis[10]) proseuxete· prosse· pas· ósios·
en cero eutheto·
[P]lin· en cataclismo[11]) ídaton[12]) pollon·
pros auton· uc eggiusin·[13])
[S]ý mu i catafigí[14]) apothlipseos· tis
periechsusis[15]) me· to agallioma[16]) mu·
litrose[17]) me· apoton ciclosanton[18]) me·[19])
[S]ynetiose· ce cimbiose·[20]) en odo tauti
i poreusi·[21]) epistirio[22]) epise· tus ofthalmus[23]) mu·
[M]i[24]) ginesthe·[25]) os ippos· ce imionos·[26])
is[27]) uc estin sinesis·[28])
[E]ncimo ce chalino·[29]) tas· siagónas· auton·
anxis·[30]) ton· mi[31]) egigizonton[32]) prosse
[P]olle· e mastiges· tu amartolu·
ton de elpízonta epi k̄n·[33]) eleos ciclose·[34])
[E]ufranthite[35]) epi k̄n·[36]) ce agalliasthe dicei·[37])
ce cauchasthe pantes hieuthis ti cardía·[38])

XXXII.

In catalogo codd. mss. bibl. Reg. Bav. ab Ignatio Hardt plures indicati sunt libri palimpsesti, in quibus non ultimo loco ponendum esse codicem Gr. 252. accuratiore nuper examine instituto intellexi. Compositus enim est ex quattuor libris antiquioribus Graecis, quorum tres litteris uncialibus octavi et noni saeculi scripti erant. Ex his unus argumenti erat patristici (*απετειν· δια τι γαρ ουκ εβαλλε — το το αργυριον μου εις τρα — πεζιτας καγω ελθων ... και εν τοις κοσμικοις πραγ — μασιν· διατηρησιν την εαυτου οικονομιαν ... της μετανοιας· την θαυ — μαστην εκεινην ρααβ· — ην εσωσα δια μετανοιας*); alter lectiones biblicas in usum ecclesiae ex-

[1]) ten anomian [2]) ecalypsa [3]) ten [4]) quirio [5]) sy pro ypsi (?) [6]) aphecas [7]) ten [8]) tes [9]) cardias mu. Diapsalma [10]) tautes [11]) plen en cataclysmo [12]) ydaton [13]) addit Diapsalma [14]) i (sic) cataphyge [15]) tes periechuses (vitiose cod. Sang. -chsusis) [16]) agalliama [17]) lytrose [18]) cyclosanton [19]) addit Diapsalma [20]) synbibo se [21]) taute e poreuse [22]) episterio [23]) ophthalmus [24]) Me [25]) Haec vox non satis apparet in cod. Sang. [26]) emionos [27]) ys [28]) synesis [29]) en chalino ce cemo [30]) agxes [31]) me [32]) eggizonton [33]) quirion [34]) cyclosi [35]) euphranthete [36]) quirion [37]) dicey [38]) y euthis te cardia.

cerptas, tertius vitas sanctorum continebat. Quem secundo loco diximus, eius totam paginam (fol. 97.) eruere contigit, in qua scriptum est Jesai. 93, 7—9. et Zach. 14, 4. 8. hunc in modum:

Κς κριτης αγαθος τω οικω ιηλ
επαγει ημιν κατα το ελεος
αυτου· και κατα το πληθος
της δικαιοσυνης αυτου·
και ειπεν· ουχι λαος μου εστι
τεκνα˙ ου μη αθετησουσιν˙
και εγενετο αυτοις εις σωτη
ριαν· εκ πασης θλιψεως αυ
των + ου πρεσβυς· ουδε αγ
γελος· αλλ αυτος ο κς εσωσεν
αυτους δια το αγαπαν αυ
τους· και φειδεσθαι αυτων +
Αυτος ελυτρωσατο αυτους·
και ανελαβεν αυτους· και
υψωσεν αυτους πασας τας
ημερας του αιωνος:
αναγνωσις [εκ] του [αγ.] ζαχαριου·
Ταδε λεγει ο κς + ιδου ημερα
ερχεται κυ· και στησον
τε οι ποδες αυτου· εν τη
ημερα εκεινη· επι το ορος
των ελαιων· το κατεναν
τι ιλημ· εξ ανατολων ηλιου +
και εν τη ημερα εκεινη·
εξελευσεται υδωρ ζων εν
ιλημ + το ημισυ αυτου

Inprimis vero notabiles sunt tertii codicis reliquiae, in quibus, ut praeteream alia, inveni textum extremi capitis actuum Thomae, qualis nondum innotuit, nisi quod priore parte multo magis quam Graeca a. 1851. ex codice Parisiensi a me edita in Actis app. apocryphis p. 241 sq. cum Latinis Abdiae historiis (Fabric. Cod. Apocr. II. p. 735 sq.) convenit. Legitur enim ibi sic:

σιν αυτοις εποιητω˙
Συνεβη δε ου μετα
πολυν χρονον ενα
των παιδιων μισ
δαιου πληγειναι υ
πο δαιμονος· και
ουδεις ηδυνηθη
θεραπευσαι αυτον·
πανυ γαρ ην χαλαι
πως ο δαιμων:
ενεθυμηθη δε μισ
δεως ο βασιλευς
ανοιξαι τον ταφον:
και αρας των οστε
ων — — του α
ποστολου θωμα
. . . .
τραχειλον του υυ
μου και θεραπευ
θησεται· απειει
ουν ποιησαι ο ενεθυ
μηθη ο μισδεος ο
βασιλευς· ο δε απο
στολος θωμας επι
φανις αυτω ειπεν:
Εις ζωντας ουκ επισ
τευσας· και εις νε
κρους πιστευεις;
πλην μη φοβου·
επει σπλαγχνηζεται
εις σε και ελεησει σε
ο κς ις χς δια την
αυτου χριστοτη
τα· απελθων δε
και ανοιξας ουχ ει
ρεν οστεα εκει˙
εις γαρ των αδελ
φων κλεψας το λει
ψανον του μακα
ριου απηνεγκεν
εις την μεσοποτ[α]
μιαν· απο δε του
τοπου του μνημι
ου. ενθα τα οστα
εκειτο. χουν λα

βων περιεθηκεν
τω υ̅ω̅ αυτου και
ειπεν· πιστευω [εις]
σε χ̅ε̅ νυν οτε (?) κα
[τελιπεν με εκει]
νος ο ταρασσον τους
ανθροπους και
αντικειμενος αυ
τοις ϊνα μη ιδω
σιν σε· και κρεμα
σαντος αυτου τω
παιδι, ϋγιεις ο παις
εγενετο: σευει
θριζετο δε και μισ
δεος ο βασιλευς με
τα των αδελφων
και επεκληνεν

την κεφαλην αυτου,
υπο τας χειρας σιφο
ρου: ελεγεν δε τοις
αδελφοις ο σιφορ·
Ευχαισθαι υπερ
του μισδαιου του
βασιλεως· ινα πα
ρα ι̅υ̅ χ̅υ̅ ευσπλαγ
χνιαν δεξηται
και αμνησικα
κεισι αυτω· πα̅
τες δε εν συμφο
νια χαιροντας
υπερ αυτου προσ
ευχην εποιουν
τω· ο δε φιλανο̅ς̅
δεσποτης, ο βασι

λευς των βασιλευ
οντων και κς
των κυριευ . . .
. . . .
μισδεω την εις
αυτον ελπιδα·
υπηγετω ουν
μετα του πληθους
των πιστευον
των· δοξαζων
π̅ρ̅α̅ και υ̅ν̅ και
αγιον π̅ν̅α̅· ω κρα
τος και μεγαλο
πρεπεια· νυν και
αει και εις τους
αιωνας των αι
ωνων·
α· μ· η· ν·

XXXIII.

In codice Patmio litteris uncialibus noni saeculi scripto martyria duo inedita inveni, alterum Petri, alterum Pauli, quemadmodum iam in Actis apocryphis meis pag. XX sq. significavi. Quum nuper secundum visebam Patmi insulam, cum variis aliis, in quibus eminent scholia Origenis in Proverbia Salomonis, Notitiae editionis cod. bibl. Sinaitici etc. adiecta, etiam illas de apostolis fabulas transscripsi. Unde hoc loco nonnihil exscribere placet, non quidem earum quae narrantur rerum caussa, sed ut intelligatur quousque illo tempore depravatio scripturae Graecae progressa sit: nec enim multa absque vitio in eo codice scripta sunt, ita ut passim difficile sit primo obtutu verum perspicere. Quae res, observata illa quidem in pluribus octavi et noni saeculi codicibus, quamquam nullus aequiparat Patmium nostrum, eo magis mira videri potest, quum vix aliis quam monachis Graecis debeatur. Videntur autem illi non modo ab interiore litterarum cognitione alieni fuisse, sed etiam potius dictata calamo excepisse quam ante oculos posita descripsisse; ita enim factum est ut quicquid similiter sonabat incuriose confunderent. Ceterum inter rei criticae sacrae peritos satis constat codices utriusque Testamenti antiquissimos Graecos*) inprimis conspicuos esse scripturae vitiositate, quae quidem ipsos

*) Ut cod. Vat., Alex., Ephraemi Syri palimps., Octateuchi Origeniani fragmenta Leidensia, psalterium papyraceum Londinense. Excellunt inter hos prae omnibus Psalmi quos diximus, ipso quarto illi saeculo ut videtur priores, editi in vol. I. Monumentorum Sacror. ined. novae collectionis a 1855. Neque vero eodem numero eximendus est codex bibliorum Sinaiticus.

iam Origenem et Hieronymum exercuit. Cuius rei gravissima caussa in eo posita videtur, quod celeberrimi calligraphi Alexandrini, a quibus illos codices scriptos esse perquam probabile est, parum Graece sciebant. Quod quamvis molestum sit, tamen id habet commodi, quod certum est tales scriptores abstinuisse ab improba illa emendandi audacia (Origeni *τόλμη μοχθηρὰ τῆς διορθώσεως* dicta), quae ipsis primis p. Chr. saeculis plurimum valuit ad depravandas sacras scripturas.

Sed ad codicem Patmium redeo, unde quae hausi, missis plerumque accentibus et spiritibus, qui quidem et ipsi saepissime perperam positi sunt, ut paucis exemplis docebitur, adscribam.

Πετρος ο αποστολος ἳν εν τη ρωμη αγαλλιωμενος μετα των αδελφων επι το κ̅ω̅ νυκτος και ημερας επι το ωχλω το καθειμερινω το προσαγομενω το ονοματι το αγιω τη του κ̅υ̅ ι̅υ̅ χ̅υ̅ χαριτη. συνιγοντο δε και ε παλλακιδες του επαρχου αγριππα προς τον πετρον, τεσσαρες ουσαι, αγριππινα και νικαρια και ευφημια και δωρης· ακουουσαι τον της αγνιας λογον και παντα τα του κ̅υ̅ λωγια επληγησαν τας ψυχας, και συνθεμαινε αλληλαις αγναι της αγριππα κοιτης διμαινε ἱνοχλουντο υπ αυτου .... ταυτα δε ακουσας ο καισαρ εκαιλευσεν παντας τους δεδεμενους πυρι κατακαιηνε, των δε παυλον τραχιλοκοπιθεῖνε το νομω των ρωμεων. ο δε παυλος ἳν μι σιωπων τον λογων, αλλα κοινωνιενος το πρεφεκτο λογγῶ και κεστο το κεντυριωνι .... καισαρ θαυμαζοντος και διαπορουντος, ωραν ενατην εστωτων πολλων μετα του καισαρος φιλοσωφων και του κεντυριωνος, ἶλθεν ο παυλος ενπροσθεν παντων και ηπεν· καισαρ ηδου παυλος ο του θ̅υ̅ στρατιωτης ουκ απεθανον, αλλα ζω· συ δε πολλα εστε κακα, ανθ ων δικαιον εμα εξεχεας ου μετα πολλας ημερας ταυτας. ο δε ταραχθης εκαιλευσεν λυθειναι τους δεσμιους, τονδε πατροκλον και τους περι τον βαρσαβαν. και ως εταξατο παυλος, ορθρου πορευθεντες ο λογγος και ο κεντυριων κεστος μετα φοβου προσηρχοντο το ταφω παυλου. επιστανταις δε ιδον δυο ανδρας προσευχομενους και μεσον παυλον, ωστε αυτους εκπλαγηνε, τον δε τιτον και λουκαν φοβω συσσχεθεντα ανθρωπινω ης φυγην τραπηνε· των δε διωκοντων λεγοντων· ου διωκομεν υμας ης θανατον αλλ ης ζωην, ινα ημιν δωτε ως παυλος ενετιλατο, ο μεθ υμων προ μικρου μεσος προσευχομενος etc.

Emendationes vide supra in notis ad indicem libri.

TABULARUM INDEX.

TABULA I.

SPECIMINA SCRIPTURARUM TREDECIM CONTINET EX UNDECIM HAUSTA CODICIBUS A NOBIS IN ORIENTE REPERTIS INDEQUE IN EUROPAM ALLATIS.

Duo numero I. insignita codicis Graeci libri Numerorum palimpsesti sunt, descripti pag. 1—2. Prior scriptura sexti, altera noni videtur saeculi.

Numero II. scripturae specimen signatur ex Graeco codice fragmentorum Novi Testamenti palimpsesto saeculi fere quinti petitum. Describitur pag. 2 et 3.

Δ – Numero III. repraesentatur codex Graecus evangeliorum Lucae et Iohannis octavo fere saeculo scriptus. Describitur pag. 4 et 5. Nuper ad bibliothecam Bodleianam transiit. nono, vid. p. x.

Γ – Numero IV. repraesentatur codex Graecus evangeliorum saeculi noni. Describitur pag. 5 et 6.

Numero V. repraesentatur codex Graecus libri Genesis, qui octavi saeculi esse videtur. Describitur pag. 6 et 7. Cum eo qui praecedit nuper Bodleianus factus.

Numero VI. repraesentatur codex Graecus libros Iudicum et Ruth integros cum extrema parte libri Iosuae continens. Ex meis nuper Musei Britannici factus. Describitur pag. 7.

Numero XV. repraesentatur codex evangeliorum Syriacus palimpsestus, scriptura quam putant Hierosolymitana insignis, haud dubie antiquissimus. Specimen nostrum non invito quidem codice sed ex incuria tamen inversum est. Describitur pag. 13.

Numero VIII. fragmenta Graeca repraesentantur libri prophetae Iesaiae septimi fere saeculi. Describuntur pag. 8 et 9.

Numero IX. fragmenta Graeca ex libris Regum repraesentantur saeculi eiusdem vel insequentis. Altera scriptura marginis est, altera textus. Describuntur pag. 9.

Numero XII. versus exhibetur ex fragmentis Graecis laudationis cuiusdam patristicae in codice palimpsesto saeculi fere quinti repertis. Describuntur pag. 10.

Numero XIV, 2. repraesentatur fragmentum psalterii Graeci, quod quintum saeculum antecedere videtur. Prior versus rubro scriptus est.

TABULA II.

DECEM SCRIPTURARUM GRAECARUM SPECIMINA CONTINET, QUORUM NOVEM EX CODICIBUS TISCHENDORFIANIS BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS PETITA SUNT, DECIMUM EX CODICE CARPENTORACTENSI.

Numero V. insignitur specimen evangelistarii palimpsesti nono fere saeculo scripti. Descripsimus pag. 29. et seqq.

Scriptura numero VI. litteraque F. insignita ex fragmento lectionarii desumpta est nono vel decimo saeculo scripti, de quo exponitur pag. 37 et 38.

Eodem numero littera C. exhibetur scriptura fragmentorum codicis patristici saeculo ut videtur septimo adscribendi. Cf. pag. 35 et 36.

Rursus eodem numero littera B. fragmentum repraesentatur orationis Gregorii Nazianzeni nono ut videtur saeculo scriptae. De quo fragmento cf. pag. 34 et 35.

Duae scripturae numero II. coniunctae codicis palimpsesti sunt in quo praeter aliquot Octateuchi partes etiam fragmenta grammatica reperiuntur. Ex istis utraque scriptura desumpta est, altera textus, altera marginis, saeculi fere septimi. Cf. pag. 17 et 18.

Numero III. fragmenta palimpsesta repraesentantur codicis patristici saeculi noni, de quibus explicatur pag. 19 et seq.

Numero XII. littera D. initium exhibetur notitiae impensae in evangeliorum codicem factae, de qua diximus pag. 64 et seq. Scriptura videtur saeculi duodecimi.

Eodem numero littera A. scriptura saeculi decimi repraesentatur, ut est in Iohannis Lydi quae videntur excerptis, de quibus cf. pag. 58 seqq.

Ultimo loco tabulae II. scripturam evangelistarii Carpentoractensis expressimus saeculi fere noni, de quo diximus pag. 151 et seqq.

TABULA III.

OCTO CODICUM, QUATTUOR LATINORUM, QUATTUOR GRAECORUM, SPECIMINA CONTINET. QUINQUE SUNT GUELPHERBYTANI, UNUS HAMBURGENSIS, UNUS ANTEA EX MEIS NUNC MUSEI BRITANNICI, UNUS ETIAMNUM MEUS.

Loco I. specimen datur codicis Hamburgensis, antea Uffenbachiani, cum fragmentis epistulae ad Hebraeos. Saeculi noni. Cf. pag. 174 seqq.

Loco II. scriptura lectionarii Guelpherbytani palimpsesti repraesentatur, quae prodit saeculum quintum. Cf. pag. 164 seqq.

Locis III. IV. V. specimina scripturae ex celebri codice Guelpherbytano palimpsesto qui Ulphilae dici solet proferuntur. Numero III. expressa est scriptura fragmentorum libri Iudicum (cf. pag. 154), numero IV. scriptura fragmentorum libri Iob (cf. pag. 154), numero V. Latinus textus fragmentorum Gothicorum (cf. pag. 153 seq.). Ad quintum fere saeculum scripturae omnes tres pertinere videntur.

Loco VI. specimen scripturae est ex fragmentis Novi Testamenti palimpsestis, de quibus expositum est pag. 2 et seq. In horum fragmentorum editione nostra (vide Fragm. sacr. palimps. pag. XIV.), diximus scripturam septimam eamque sexti saeculi: cuius specimen quum ibi nondum datum esset, hoc loco addendum curavimus.

Loco VII. repraesentavimus scripturam fragmentorum Galeni quae in eodem de quo iam diximus celebri libro palimpsesto Guelpherbytano habentur. Videtur sexti saeculi esse. Cf. supra pag. 153.

Loco VIII. adnexuimus subscriptionem codicis Actuum Apostolorum, de quo uberius dictum est 7 et 8, rursusque pag. 130 et seqq. Subscriptione ista annus Christi notatur 1054.

TABULA IV.

SPECIMINA SCRIPTURARUM SEPTEM CONTINET, QUINQUE SYRIACARUM, UNIUS GRAECAE, UNIUS ARABICAE. EA OMNIA EX CODICIBUS TISCHENDORFIANIS BIBLIOTHECAE UNIVERSITATIS LIPSIENSIS PETITA SUNT.

Primum est, ut inscripsimus, codicis Tischendorfiani IV. quo Graece continentur quattuor evangelia, decimo saeculo scripta. Descripsimus pag. 20 et seqq.

Duplex scriptura quae sequitur ex codice Tischendorfiano XIII. petita est, in quo habentur evangelia quattuor Syriace et Arabice decimo fere saeculo scripta. Cf. pag. 65 et 66. (Ibi male impressum est XII. pro XIII.)

Sequitur specimen codicis Tischendorfiani XIV. in quo Syriace leguntur Genesis et Exodi fragmenta, illustrata pag. 66 et 67. (Ibi male pro XIV. impressum est XIII.)

Quinta scriptura est codicis Tischendorfiani XVI. D. in quo superest fragmentum categoriarum Aristotelis Syriace redditarum. Cf. pag. 68.

Sexta scriptura codicis Tischendorfiani XV. est, quo continentur Nestorianorum hymni. De iis diximus pag. 67.

Septimo loco expressa est scriptura fragmentorum evangelii Marci quae codicis Tischendorfiani XVI. partem tertiam (C.) efficiunt. Cf. pag. 68.

Ceterum in promtu est scripturas quartam quintam et septimam magna antiquitatis laude insignes esse, multo minori sextam.

TISCHENDORFIANA.

I. REISE IN DEN ORIENT. 2 Bände. 1845. 1846. (3⅓ Thlr.) (TRAVELS IN THE EAST. Translated from the German by W. E. Shuckard. London, Longman & Co. 1847. 6 sh. Vergriffen.)

In Anschluss daran: DE ISRAELITARUM PER MARE RUBRUM TRANSITU. Cum tabula. 1847. (8 Ngr.)

II. BIBLIOTHECA MONUMENTORUM SACRORUM CRITICA. In dieser christlichen Urkundenbibliothek sollen die kostbaren ältesten, d. h. tausend- und grösstentheils mehr als tausendjährigen Urkunden des heiligen Textes des A. u. N. T., die griechischen wie die lateinischen, durch zweckmässige Druckvervielfältigung den Gefahren der Vernichtung so viel an uns ist entrissen und der christlichen Welt so weit sie eine Wissenschaft besitzt in die Hände gegeben werden, womit zugleich die Zwecke der gelehrten Textforschung eine wesentliche Förderung gewinnen. In den (mit Einschluss der Anecdota etc.) bereits erschienenen 11 Bänden (grösstentheils kl. Folio) liegen 35 solcher Urkunden grössern und geringern Umfangs veröffentlicht vor. Sie tragen folgende Titel:

CODEX EPHRAEMI SYRI RESCRIPTUS sive Fragmenta utriusque Test. e cod. Gr. Paris. celeberrimo quinti ut videtur p. Chr. saec. Eruit atque edidit C. T. 2 tomi. 1843, 1845. (27 Thlr.)

(1.) FRAGMENTA NOVI TESTAMENTI 1843. (18 Thlr.) Diese den grössern Theil des ganzen N. T. umfassenden Textfragmente des 5. Jahrh. waren vorher nur höchst unvollständig und fehlerhaft gelesen worden. Die chemische Auffrischung hatte schon 1834 stattgefunden; die Entzifferung blieb trotz derselben sehr schwierig, besonders an den mehr als tausend von Correctoren geänderten Stellen.

(2.) FRAGMENTA VETERIS TESTAMENTI 1845. (9 Thlr.) Diese Fragmente aus Hiob, den Sprichwörtern, dem Prediger, dem Hohenliede, der Weisheit Salomos und aus Jesus Sirach hatte vorher noch Niemand zu bearbeiten versucht.

MONUMENTA SACRA INEDITA sive Reliquiae antiquissimae textus N. T. Graeci ex IX plus mille annorum codd. per Europam dispersis. Eruit atque edidit C. T. 1846. (18 Thlr.)

Unter diesen 9 Codd., von Anfang des 7. bis Ende des 8. Jahrh. verfasst, sind die wichtigsten die Pariser Evangelienhdschr., bei den Kritikern L genannt, und der vorher fast ganz unzugänglich gewesene Vatik. Codex der Apokalypse. Dazu kommen verschiedene Fragmente aus den Bibliotheken zu London, Paris, Wien und Rom, sowie ein Codex Tisch. der Leipziger Universitätsbibliothek.

CODEX FRIDERICO-AUGUSTANUS sive Fragmenta Veteris Testamenti e codice Graeco omnium qui in Europa supersunt facile antiquissimo. In oriente detexit, in patriam attulit, ad modum codicis edidit C. T. 1846. (32 Thlr., für die wenigen noch übrigen Exx. in Köhlers Antiquarium 15 Thlr.)

EVANGELIUM PALATINUM INEDITUM sive Reliquiae textus evangeliorum Latini ante Hieronymum versi ex codice Palatino purpureo quarti vel quinti post Christum saeculi. Nunc primum eruit atque edidit C. T. 1847. (18 Thlr.)

Diese uralte vorzugsweise mit B und D zusammenstimmende Evangelienhdschr. in der Kais. Bibl. zu Wien, auf Purpurpergament in Silber und Gold geschrieben, war bis auf eine einzige Seite noch unbenutzt geblieben.

CODEX AMIATINUS sive Nov. Test. Latine interprete Hieronymo. Ex celeberrimo codice Amiatino omnium et antiquissimo et praestantissimo nunc primum edidit C. T. 1850. (6 Thlr.) Editio repetita 1854. (4 Thlr.)

Die älteste kaum 125 Jahre nach Hieronymus' Tod geschriebene Handschr. der Vulg., eben so wichtig für die Herstellung des Textes des Hieronymus als für die Erforschung des frühesten griech. Textes. Nur die fehlerhafteste Vergleichung war vorher bekannt.

CODEX CLAROMONTANUS sive Epistulae Pauli omnes Graece et Latine ex cod. Paris. celeberrimo nomine Claromontani plerumque dicto. Nunc primum edidit C. T. 1852. (24 Thlr.)

Keine Handschrift des N. T. übertrifft den Cod. Clarom. an Alterthümlichkeit der Textgestalt. Die Bearbeitung desselben wurde durch die vielen alten Correcturen, über 3000, sehr erschwert. Wiederholte Revisionen der Abschrift (von 1841—1849) machten die genaueste Herausgabe möglich.

MONUMENTA SACRA INEDITA. Nova Collectio. Voll. V. et appendix. (96 Thlr., später 108 Thlr.)

Vol. I.: Fragmenta sacra palimpsesta sive Fragmenta cum Novi tum Veteris Test. ex quinque codd. Graec. palimpsestis antiquissimis nuperrime in oriente repertis. Addita sunt fragmenta Psalmorum papyracea et fragmenta evangelistariorum palimpsesta, item fragmentum codicis Fr.-Augustani. Nunc primum eruit atque edidit C. T. 1855. (16 Thlr.)

Vol. II.: Fragmenta evangelii Lucae et libri Genesis ex III codd. Graec. V. VI. VIII. saec., uno palimpsesto ex Libya in Museum Brit. advecto, altero celeb. Cotton. ex flammis erepto, tertio ex oriente nuper Oxonium perlato. Addita sunt et N. et V. T. fragmenta similia nuper in codd. VI antiquissimorum reliquiis inventa. 1857. (16 Thlr.)

Vol. III.: Fragmenta Origenianae Octateuchi editionis cum fragmentis evv. Gr. palimpsestis ex cod. Leidensi folioque Petropolitano IV. vel V., Guelferbytano cod. V., Sangallensi VIII. fere saeculi. 1860. (16 Thlr.)

Bis 1864 sollen erscheinen: Vol. IV.: Psalterium Turicense purpureum etc. saec. fere VII. Vol. V.: Reliquiae textus sacri utriusque ex codd. duobus palimps. aliisque plus mille annorum Vindobonae, Parisiis, Guelferbyti, Petropoli adservatis. Appendix: Codex Laudianus actuum app. Gr. et Lat. saec. fere VI. etc. Vergl. den über das ganze in 200 Exempp. gedruckte Werk im Sept. 1860 ausgegebenen Prospectus. Die Subscribentenliste zählt 156 Namen, von denen 100 auf die protest. Kirchen, die übrigen fast gleichmässig auf die römisch-katholische und die griechisch-orthodoxe kommen.

Hieran schliessen sich namentlich durch die Hamburg-Londoner Unzialfragmente der Paulinischen Briefe die „Anecdota sacra et profana“ an.

III. EDITIONES NOVI TESTAMENTI.

Die zwei neuesten Ausgaben:

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE. Ad antiquos testes denuo recensuit, apparatum criticum omni studio perfectum apposuit, commentationem isagogicam praetexuit C. T. Editio septima critica maior. 1859. ($8^{1}/_{3}$ Thlr.) Accessit anno 1860. notitia codicis Sinaitici.

Auf Grund der umfassendsten Quellenstudien wurde hier der vollständigste bis jetzt vorhandene, mit den Belegen für und wider die aufgenommene Lesart ausgestattete kritische Apparat dargeboten. Die Texteonstituirung ruht, unter Bevorzugung der ältesten Zeugen, auf äussern und innern Gründen; an vielen Stellen sind die Entscheidungsgründe angedeutet. Proll. 280 S. Die „Notitia" enthält gegen 800 Lesarten (noch mehr als die Schrift: „Notitia editionis" etc.) des Cod. Sin.

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE. Ad antiquos testes denuo recensuit, cum apparatu critico et prolegomenis edidit C. T. Editio septima critica minor. 1859. ($2^{2}/_{3}$ Thlr.) Accessit anno 1860. notitia codicis Sinaitici.

Der grössern Ausg. entlehnt, unter Beschränkung des Apparats, doch mit Beibehaltung des kritischen Belegs für und wider. Proll. 140 S. kl. 8. Die „Notitia" enthält gegen 700 Lesarten des Cod. Sin.

Früher erschienen:

(1.) NOVUM TESTAMENTUM GRAECE. Textum ad fidem antiquorum testium recensuit, brevem apparatum criticum una cum var. lect. Elz., Knapp., Scholz., Lachm. subiunxit, argumenta et ll. parall. indicavit, commentationem isagog. notatis propriis lect. edd. Steph. III. atque Mill., Matth., Griesb praemisit C. T. 1841.

Hieran schloss sich an (2.) eine revidirte griech. Textausgabe zu Paris 1842, und

(3.) eine griech.-latein. unter dem Titel: „In antiquis testibus textum versionis vulgatae Latinae indagavit lectionesque variantes Stephani et Griesbachii notavit, viro S. V. Jager in consilium adhibito, C. T." Wiederholt 1849. Die Tendenz dieser Ausgabe ist genau in den Vorworten bezeichnet.

(4.) Eine völlige Umarbeitung der ersten Ausg. erschien 1849: „N. T. Graece. Ad antiquos testes recensuit, apparatum criticum multis modis auctum et correctum apposuit, commentationem isagogicam praemisit C. T." ($2^{2}/_{3}$ Thlr.)

Hieran schloss sich an: (5.) „N. T. Graece." Recensuit C. T. 1850. (Editio Tauchnitiana.)

(6.) Desgleichen: Novum Testamentum triglottum. Graece Latine Germanice. Graecum textum addito lectionum variarum delectu recensuit. Latinum Hieronymi notata Clementina lectione ex auctoritate codicum restituit, Germanicum ad pristinam Lutheranae editionis veritatem revocavit C. T. 1854. (2 Thlr.)

Ferner daraus separat: a. N. T. Graece. Editio academica. I. 1855. II. 1857. ($^{2}/_{3}$ Thlr.) b. N. T. Graece et Latine. 1858. ($1^{1}/_{3}$ Thlr.) c. Das Neue Testament. Deutsch von Dr. Luther. Nach den Originalausgg. revidirt und bevorwortet von C. T. 1855. ($^{2}/_{3}$ Thlr.)

Hierher gehört auch noch, dem textkritischen Gehalte nach: „Synopsis evangelica". Ex 4 evangeliis ordine chronologico concinnavit, praetexto brevi commentario illustravit, apposito apparatu critico recensuit C. T. 1851. Editio in commodum academic. repetita 1854. ($1^{1}/_{3}$ Thlr.)

IV. EDITIONES GRAECI TEXTUS VETERIS TESTAMENTI.

(1.) VETUS TESTAMENTUM GRAECE IUXTA LXX INTERPRETES. Textum Vaticanum Romanum emendatius edidit, argumenta et locos Ni Ti. parallelos notavit, omnem lectionis varietatem codd. vetustissimorum Alexandrini, Ephraemi Syri, Friderico-Augustani subiunxit, prolegomenis et epilegomenis instruxit C. T. Ed. tertia, ratione etiam habita thesauri Sinaitici nuper inventi et editionis Maianae codicis Vaticani. 2 tomi. (Proll. 106 S.) 1860. I. 1850. II. 1856. (4 Thlr.)

V. ZUR NEUTESTAMENTLICH-APOKRYPHISCHEN LITERATUR.

DE EVANGELIORUM APOCRYPHORUM ORIGINE ET USU. Disquisitio historica critica, ornata praemio aureo societatis Haganae pro defendenda religione Christiana. Scr. C. T. Hagae Comitum 1851. ($1^{1}/_{6}$ Thlr.) Vergriffen.

Zwei frühere gekrönte Preisschriften: Doctrina Pauli Apostoli de vi mortis Christi satisfactoria. 1837. ($^{1}/_{3}$ Thlr.) Disputatio de Christo pane vitae sive de loco Joh. 6, 51—59, coenae sacrae potissimum ratione habita. 1839. ($^{1}/_{3}$ Thlr.)

EVANGELIA APOCRYPHA. Adhibitis plurimis codd. Graecis et Latinis maximam partem nunc primum consultis atque ineditorum copia insignibus ed. C. T. 1853. ($3^{2}/_{3}$ Thlr.) 22 apokr. evangelische Texte; 7 waren noch inedirt, die übrigen haben zum ersten Male eine strengere kritische Bearbeitung erfahren, unter Vermehrung des Apparats von Thilo etc. um mehr als 40 Dokumente. Proll. 88 S.

ACTA APOSTOLORUM APOCRYPHA. Ex 30 codd. Graecis vel nunc primum eruit vel secundum atque emendatius edidit C. T. 1851. ($2^{2}/_{3}$ Thlr.) 13 apokr. Apostelgeschichten; 7 waren noch inedirt, 6 höchst ungenügend edirt. Proll. 80 S.

PILATI CIRCA CHRISTUM IUDICIO quid lucis afferatur ex actis Pilati. 1855. ($^{1}/_{3}$ Thlr.)

[Anschliessen wird sich zunächst:

APOCALYPSES MOSIS, ESDRAE, IOHANNIS, PAULI. Accedit Mariae κοίμησις cum aliis similibus. Ex pluribus codd. Graecis etc.]


HERMAE PASTOR Graece ex fragmentis Lipsiensibus, instituta quaestione de vero Graeci textus Lips. fonte. Ed. C. T. (Ex ed. pp. apost. Dress. 100 exx. repetitum.) 1856.

Zuletzt erschien:

NOTITIA EDITIONIS CODICIS BIBLIORUM SINAITICI auspiciis imperatoris Alexandri II. susceptae. Accedit catalogus codicum nuper ex oriente Petropolin perlatorum, item scholia Origenis in Proverbia Salomonis partim nunc primum partim secundum atque emendatius edita. 1860. ($3^{1}/_{3}$ Thlr.)

Ausser den Mittheilungen über den Codex Sinaiticus (Auffindung, Inhalt, Alter, über 600 N.-T. Lesarten und 60 vollständige Textcolumnen) enthält diese Schrift das Verzeichniss der vom Herausg. 1859 nach Petersburg gebrachten Manuscripte (12 Palimpseste, mehr als 20 griech., mehr als 60 syr., kopt., arab., hebr., samarit., slavon., abyss., armenische Mscrr. etc.), sowie, excerpirt aus Mscrr. des Orients, ein ineditum des Diodor, die Scholien des Origenes zu den Sprichwörtern, ein ineditum der mittelalterlichen Historiographie über Muhammed II.

LIPSIAE, IMPR. GIESECKE & DEVRIENT.



Anecdota sacr. et prof. ed. Tischendorf. Tab. I.

V. Cent. IX.

ΦΟΝ ΤΟΝ ἼΔΙΟΝ ΣΙΜΩ
ΝΑ· ΚΑῚ ΛΕΓΕΙ ΑΥΤΩ̂
ΕΥΡΗΚΑΜΕΝ ΤΟΝ ΜΕ

VI. F. Cent. IX – X.

ΤΩΝ ἉΜΑΡΤΙΩ̂Ν
ἩΜΩ̂Ν· ἘΚΑΘΙ
ΣΕΝ ἘΝ ΔΕΞΙᾼ ΤΗΣ

VI. C. Cent. VII.

ἈΓΚΑΛΑΙΣ ὙΠΕΔΕΞΑΤΟ
ΤΟΝ ΠΡΟΑΙΩΝΙΩΝ ΘΝ ὩΣ
ΒΡΕΦΟΣ. ΚΑῚ ΤΟΝ ΘΝ ΗΥ

VI. B. Cent. IX.

ΤΟΥ ΠΑΡΑΣΧΟΝΤΟΣ ΤᾺ
ΣΠΕΡΜΑΤΑ ΦΥΤΩ̂Ν
ἈΘΑΝΑΤΩΝ ΓΕΩΡΓΟΝ·

II. Cent. VII.

ΤΟΣ ΕΝ ΚΑΤΑΛΗΞΕΙ
ΤΟ ΑΡΑΑΙ ΓΙΣ ΘΟΣ
ΤΗΣ ΟΡΘΟΓΡΑΦΙΑΣ

III. Cent. IX.

τῶν ἀνων ἀθροιζομένης πανηγύρις· ἐπεὶ ἐκκλη
σίαις μυστικῶς ἐορτάζεται· καὶ τῆς τρυφῆς ὁ

XII. D. Cent. XII.

+ κὲ καταβληθεὶς ὁ δ[illegible]ος εἰς τὸ
τοιοῦτον λάπον γράφε δὲ ἀνέλον·
ἔχει οὕτως· εἰς χαρτία ᵦ ὑπ
δικατρία· εἰς πράγμων ὡρ

XII. A. Cent. X.


Τὸ ὄφαλμα τοῦ ἰανουαρίου ἱστα ροῦσι
τετράμορφον· διὰ τὰς τέσσαρας τρο
πὰς· ἄλλοι σφάττουσι μὲν αὐτοὺς ἐν τῇ

Cod. Carpentoractensis. Cent. IX.

ΛΥΣΕΤΕ ΑΥΤΟΝ· ΟΥΔΕΙΣ
ΓΑΡ ἘΣΤΙΝ· ὋΣ ΠΟΙΗΣΕΙ
ΔΥΝΑΜΙΝ ἘΠῚ ΤΩ̂ Ὀ
ΝΟΜΑΤΙ ΜΟΥ ΚΑΙ ΔΥ
ΝΗΣΕΤΑΙ ΤΑΧΥ ΚΑΚΟ


ζ φ † Ξ

ΕἸΣ ΤΟΥ ΚΑΛΑΤ ΚΕΦΑΛΑ·
ΒΙΒΛΟΣ ΓΕΝΕΣΕΩΣ· ΙΥ
ΧΥ ΥΥ ΔΑΔ· ΥΥ ἈΒΡΑ
ΑΜ· ἈΒΡΑΑΜ· ἘΓΕΝ
ΝΗΣΕΝ ΤΟΝ ἸΣΑΑΚ·




Anecdota sacr. et prof. ed. Tischendorf. Tab. III.


Cod. Tisch. IV. Cent. x.




Cod. Tisch. XIII.




Cod. Tisch. XIV.




Cod. Tisch. XV.



Cod. Tisch. XVI. D.



Cod. Tisch. XVI. C.



Anecdota sacr. et prof. ed. Tischendorf. Tab. IV.